LIBRARY OF CONGRESS.

[SMITHSONIAN DEPOSIT.]

Chap. BS476

Shelf .G7

UNITED STATES OF AMERICA

COMMENTATIO

DE

CODICE SACRO INTERPRETANDO,

QUAE IN CERTAMINE LITERARIO A SUMME REVERENDO THEOLOGORUM ORDINE IN UNIVERSITATE LUDOVICO-MAXIMILIANEA DOCTORIS HONORE ORNATA EST.

SCRIPSIT

CLEM. LAUR. GRATZ.

Neue Verlagsbücher der Jos. Kösel'schen Buchhandlung in Kempten, welche durch alle deutschen und französischen Buchhandlungen zu beziehen sind:

Aufheimer, Max, Gott ist die Liebe. Christkatholisches Gebetbuch für Werktage, Sonn- und Feiertage und zu sonderheitlichen Gebeten eines Christen jeder Gott liebenden Seele gewidmet. Vierte vermehrte und verbesserte Auflage. 8. 10 gr. od. 45 kr.

Derselbe, marianisches Gebetbüchlein zum täglichen Gebrauche eines katholischen Christen und Verehrers Mariä. 2te verm. Aufl. 12. 3 gr. od. 12 kr.

Baldes, J. J., Oden, metrisch übersetzt von J. B. Neubig. Mit dem Portrait des Verfassers. 3 Bände. gr. 8. à 20 gr. od. 1 fl. 30 kr.

Beil, J., nach welchen Grundsätzen und Rücksichten sollen Schüler in den Elementarschulen überhaupt, und insbesondere a) wenn Ein — b) wenn mehrere Lehrer an einem Orte angestellt sind — in Klassen eingetheilt werden? Eine gekrönte Preisschrift. 8. 8 gr. od. 36 kr.

Breviarium Romanum ex Decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum S. Pii V. Pontificis Maximi jussu editum, Clementis VIII. et Urbani VIII. auctoritate recognitum, IV. Volumina 4to. 3 Thlr. 22 gr. od. 7 fl.

Bundschue, Dr., Anleitung zum Rechnen in Elementar- und Sonntagsschulen. 8. 7 gr. oder 30 kr.

Cammerer, A. A. C., Naturwunder, Orts- und Ländermerk-würdigkeiten des Königreiches Bayern, für Vaterlandsfreunde, so wie für Kunst- und naturliebende Reisende, mit 4 Kupfern und 1 Chärtchen. gr. 8. 14 gr. od. 1 fl.

Derselbe, Magazin für Gedächtnißübungen und Declamationen in Schulen, nach dem Bedürfnisse der verschiedenen Alter und Klassen stufenweise geordnet. 4te Auflage. 12. 8 gr. oder 36 kr.

Cantus Ecclesiasticus sacrae Historiae Passionis Domini nostri Jesu Christi secundum quatuor Evangelistas. Itemque Lamentationum, et Lectionum pro tribus Matutinis tenebrarum. Juxta Exemplar Romae editum emendatius. In usum omnium Ecclesiarum tam Cathedralium, ac collegiatarum, quam Regularium nec non et Ruralium accommodatus. fol. 22 gr. oder 1 fl. 36 kr.

Ciceronis, Cato Major seu de senectute et Laelius sive de amicitia. Mit erläuterten Anmerkungen von Johann Baptist Mayer. gr. 8. 20 gr. oder 1 fl. 30 kr.

Cornelius Nepos, Lebensbeschreibungen ausgezeichneter Feld-herrn verteutscht und erläutert von K. Roth. 8. 8 gr. oder 36 kr.

Freuden des Christen in Gott und Religion. Ein vollständiges Gebetbuch zum allgemeinen Gebrauche. 12. 7 gr. oder 30 kr.

Galura, Bernhard, Lehrbuch der christlichen Wohlgezogenheit. Ein Beitrag zur allgemeinen Volksbildung. 3te Aufl. 8. 6 gr. od. 24 kr.

Gerhauser, Dr., J. B., Einleitung in das Evangelium des heiligen Johannes. Herausgegeben von Al. Lerchenmüller. Nebst drei Beilagen, enthaltend: die Erklärung von I, 1 — 18; VI. und XXI. des Evangeliums Johannes. gr. 8. 16 gr. oder 1 fl. 12 kr.

Derselbe, biblische Hermeneutik, 1r Thl., Einleitung in die heiligen Schriften des alten und neuen Bundes. 2r Thl., die Hermeneutik im engern Sinne, oder die Grundsätze der Schriftauslegung. Nach seinen

COMMENTATIO

DE

CODICE SACRO INTERPRETANDO,

QUAE IN CERTAMINE LITERARIO A SUMME REVERENDO THEOLOGORUM ORDINE IN UNIVERSITATE LUDOVICO-MAXIMILIANEA DOCTORIS HONORE ORNATA EST.

SCRIPSIT

Clemens Laurentius Gratz.

CAMPODUNI MDCCCXXXII.

IN TYPOGRAPHIA KÖSELIANA.

SACRA SCRIPTURA

NUM

EODEM MODO INTERPRETANDA SIT,

QUO RELIQUOS ANTIQUITATIS LIBROS INTERPRETARI SOLEMUS?

COMMENTATIO,

QUAE IN CERTAMINE LITERARIO A SUMME REVERENDO THEOLOGORUM ORDINE IN UNIVERSITATE LUDOVICO-MAXIMILIANEA DOCTORIS HONORE ORNATA EST.

SCRIPSIT

Clemens Laurentius Gratz.

CAMPODUNI MDCCCXXXII.

IN TYPOGRAPHIA KÖSELIANA.

BS476
.G7

Quae vera esse perspexeris, tene, et ecclesiae catholicae tribue; quae falsa, resque, et mihi qui homo sum, ignosce.

s. *Augustinus de vera relig. c.* 20.

PROOEMIUM.

Summe reverendus Theologorum Ordo in alma ac celeberrima nostra Ludovico-Maximilianea Universitate, quae est Monachii, in certamine literario hanc quaestionem proposuit solvendam:

„Sacra Scriptura num eodem modo interpretanda est, quo reliquos antiquitatis libros interpretari solemus?“

Quae quaestio sane gravissima non solum generales interpretationis regulas, ubique ac semper observandas, stabilire ac confirmare jubet, sed etiam hoc sibi vult, ut leges scripturae sacrae interpretationi peculiares, rite assignatae, ab omni adversariorum invidia vindicentur.

Dum rem totam seria meditatione prosequimur, refugit animus, ac reformidat despe-

rans, num adsint vires, omnia eo ingenii acumine disquirendi ac perstringendi, ut judicibus severis ac justis plane satisfiat. Quod si exspectationi minus responderimus, Doctoribus tamen et Professoribus maxime colendis et reverendis probabitur voluntas: bono igitur nunc animo in arenam descendimus. *Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δὲ τ' ὄνειδος.*

Quum quaestionem propositam diu multumque agitassemus, plura habebamus, cur pleno ore illam affirmaremus, multa alia vero obversabantur, quae animum ad sententiam negativam inclinare viderentur. Tali modo in medio haerentes mox intelleximus, quaestionem diversa continere, quae, si solutio omni ex parte satisfaceret, distincte soliciteque essent discernenda. Omnis autem difficultas pendere videtur e formula „eodem modo," quae, quum minus definita sit, varios sensus involvit. Sub voce enim „modus" una ex parte „certum genus" intelligi potest, ut quaestio sit: num s. scriptura eodem interpretationis genere interpretanda sit, quo reliquos antiquitatis libros interpretari solemus? — In quaestione vero proposita et aliam potestatem habere potest vocabulum „modus," si nempe respiciatur ad leges quasdam peculiares, non omnibus libris

communes, ut sensus quaestionis sit: num in sacris literis interpretandis non aliae leges insuper sint observandae, quam quae in interpretatione reliquorum antiquitatis librorum adhibeantur.

His ita positis sua sponte sequitur, ut solutio quaestionis propositae nonnisi duabus disquisitionibus absolvi possit, ita quidem ut primum agendum sit de diversis interpretationis generibus, dein de legibus, in sacrarum paginarum interpretatione specialiter adhibendis. Illud priorem, hoc posteriorem dissertationis nostrae sectionem constituat.

Hasce studiorum nostrorum primitias vobis Doctoribus ac Professoribus, doctrinae pariter ac virtutis, meritorumque laude insignibus, summa, qua par est, grati animi pietate offerimus.

Haec praefati rem ipsam aggredimur.

SECTIO PRIOR.

DE DIVERSIS SACRAS LITERAS INTERPRETANDI GENERIBUS.

§. 1.

Si quis librorum, quos antiquitas nobis reliquit, interpretandorum habuerit rationem, nullum sane librum ex tam variis tamque diversis legibus tractatum et interpretatum reperiet, quam sacram scripturam. Modo principia, quae in singulos tantum librorum ss. locos valerent, modo quae in lucem clariorem proferre erubescerent auctores, modo quae inter se contraria confunderentur, proposita sunt. Interpretandi enim sacras literas ratio non solum antiquissimis, verum etiam novissimis temporibus eo plures subiit mutationes, quo magis ea ingenii acumine, consilio, sensu, nec non pietate, quam certis legibus et idoneis praeceptis de interpretatione sive universa, sive biblica, regenda nitebatur.

Sic antiquitas varia interpretationis genera usurpavit:

α) modo genus mysticum, sive allegoricum;

β) modo dogmaticum;

γ) nec minus etiam grammaticum.

Posteriori tempore nonnulli longe aliam tentaverunt viam, et alii quidem

δ) pietisticam, quam dicunt, alii

ε) psychologicam; alii denique

ζ) morale-philosophicam.

Quorum generum plura infra memorare in animo est.

§. 2.

In hac tanta interpretationum varietate, nec non sententiarum de interpretatione sacrarum literarum diversitate, nullus dubito pronuntiare sententiam: „in sacra scriptura interpretanda non aliud interpretationis genus esse admittendum, nisi historico - grammaticum, quod unicum reliquis quoque antiquitatis libris interpretandis rite adhibeatur.“ En axiomata, quibus innititur haec assertio!

§. 3.

QUODLIBET DICTUM CERTUM AC DEFINITUM HABET SENSUM.

Verba sunt signa cogitationum nostrarum: omni verbo cogitatio, seu conceptus rei, quem sensum dicimus, respondere debet; alioquin verbum esset vacuum, inane. Ex integris pro-

positionibus, dictis et orationibus enascitur sensus, qui adeo nihil aliud est, nisi nexus et mutua notionum relatio, quam auctor verbis indicavit. Hic sensus, verbo (literae) ita conjunctus, ut eo audito lectove etiam notio (conceptus) illi respondens in animum secundum phantasiae legem revocetur, immediatus, literalis, et interpretatio, quae sensum verbis respondentem exquirit et explicat, interpretatio literalis vocatur. Sensum propositionum eruere nil aliud est, nisi invenire, quam iis inesse vim et notionem scriptor vere voluerit. Dubium vero non est, quin dicto exprimendus sit, quem auctor intenderit, sensus, quum alius scriptoris finis cogitari non possit, nisi certas lectoribus notiones proferendi, et, ut prospere id assequatur, cum quavis propositione non minus certum, quam definitum sensum conjungendi, nisi ex instituto decipiendi consilium ceperit. Si quis forte in animum sibi induxerit, ambiguo scribere modo, nonne ipse impediret, quominus, quod sibi proposuit, assequeretur, nonne hoc modo nil, nisi aenigma obscurum proponeret? Quotusquisque autem inveniri possit, qui ambiguo modo de industria vel scribat, vel dicat? Quodsi quis unquam fecerit, num is lectores vim vocabulis subjectam percepturos esse confidere possit?

At scriptorem prudentem alia mente locutum esse, quam ut dicendi consilium atque certus et definitus sensus ex suis eluceret dictis, id quidem vix credi potest. Ad orationis

perfectionem et virtutem, ut non minus certus, quam definitus sensus cum quolibet dicto conjungatur, maximo omnium consensu requiritur: inter illius morbos ambiguitas esset numeranda.

§. 4.

VI INSTITUTIONIS HUMANAE ET CONSUETUDINIS CUIVIS DICTO (VERBO) EODEM TEMPORE EODEMQUE LOCO AC SERIE SERMONIS NONNISI UNUS SENSUS AUT CONCEPTUS RESPONDET.

Quamquam idem verbum pluribus significationibus gaudet, tamen una tantum singulis in rebus ac locis cuilibet verbo adjungitur significatio, quae per verba vicina, vel per contextam orationem aliaque adjuncta indicatur, et ex his intelligitur, nisi forte ambiguitatem ex industria quis quaesierit. Si scriptor uno cum dicto plures sensus conjungere velit, unde cognosci possint? Nunquam hoc modo persuasum habere possemus, quid loquens aut scribens in animo agitasset, quosque conceptus usu verborum aliis communicare intendisset. —

Si cum Rabbinis*), qui verbum sive dictum in libris sacris etiam multiplicem sensum, et quidem literalem habere affirmabant, et si cum aliis nonnullis interpretibus foecunditas, quae dicitur, sacrae scripturae acciperetur, eaque ἐξήγησις, quae plurima in textum inferre sciret atque studeret, optima haberetur: nonne

*) Cfr. Leusden philolog. hebr. dissert. 15. §. 3.

fanatismo, quem vocant, licentia daretur, in sacris paginis interpretandis pro lubitu agendi et regnandi? Ubinam tum modus ac certi essent fines? Nonne potius interpres ex se ipso, quam ipse scriptor, loqueretur?

Nemini unquam, quae est nostra sententia, in mentem veniet, in libro, quicunque sit, non modo obscurum sive ambiguum, verum etiam duplicem sive multiplicem quaerere sensum. — Quatenus itaque dictum quoddam sensum ejusmodi aliquem habet, ut alium ab eo diversum non liceat tanquam sensum ipsius adsumere, sensus non nisi unus exstat, cujus vi eodem tempore, simulque eodem in loco ac sermonis serie unus tantum conceptus cuivis dicto respondet.

Quicunque sententiae, quam modo protulimus, repugnaret, is incertam introduceret interpretationem, qua nihil reperiri posset capitalius.

§. 5.

SENSUS PROPRIUS CUJUSCUNQUE DICTI ALIUS ESSE NON POTEST, NISI HISTORICO - GRAMMATICUS.

Quivis scriptor, ut certae in lectoribus notiones gignantur, et cupit et conatur: quod ipsum ut assequatur, verbis utitur. Scriptores, cum sacri, tum profani, suae aetatis lingua scribebant, ut a coaevis hominibus intelligerentur: quare loquendi leges tum temporis vigentes non poterant non observare. Hinc interpreti, auctorem intelligere cupienti, significatio non

modo verborum singulorum, sed etiam grammatica eorum conjunctio, quae inter verba et conceptus intercedit, et originem ex humana institutione ducit, ac consuetudine determinatur, indaganda est. Ex quibus verborum sensus eruitur, qui, quum verba sicut nummi valeant, ab usu loquendi pendet. Usus vero loquendi, qui est modus usurpandorum verborum, tempore, vita communi, religione, disciplina et secta, nec minus moribus atque legibus, in reipublicae et ecclesiae constitutione vigentibus, determinatur, quum eidem saepe verbo alia alio tempore, alia in vita communi, alia in philosophorum scholis, alia in reipublicae et ecclesiae constitutione vis, potestas ac significatio subjecta sit.

Usum loquendi observare et declarare grammaticorum est, qui, quid dictum quodque ac verbum apud quemlibet auctorem in forma dicendi omni tempore sonuerit, ac significaverit, exquirant, et systematica ratione indicent. Unde fit, ut sensus literalis etiam appelletur grammaticus (id est sensus verbis juxta usum loquendi receptum respondens), eodemque jure historicus dicatur, quum res ex locorum indole, ex temporum, quibus auctor vixit, et librum composuit, ex opinionum, studiorum, morum, populique culturae rationibus, et, ut paucis expediamus, ex monumentis historicis declarandae sint.

Quae quum ita sint, facile apparet, necesse esse, ut, quum ab his omnibus vel oriatur,

vel varietur verborum usurpandorum modus, omni studio usum loquendi indagemus, nec ab eo, nisi rerum necessitate coacti, recedamus, quum praecipue is sit, qui, quis sensus certo in loco, argumento et populo cum verbis formisque conjunctus fuerit, nobis valeat declarare. Quum igitur verborum sensus nonnisi ab usu loquendi pendeat, consequens est, ut verba non alium, nisi historico-grammaticum habeant sensum.

§. 6.

DE INTERPRETATIONE IN GENERE.

Interpretatio in sensu cujuscunque libri investigando versatur et explicando: interpretis igitur est, verborum et propositionum sensum cognoscere, et perspicue exponere, quae auctor scribens sive loquens cogitaverit, et dicere voluerit.

Interpretatio ut sit literalis, generaliter requiritur, i. e. sensum verbis respondentem investiget et explicet necesse est, propterea quod quilibet auctor cogitationes suas verbis indicat. Verborum sensus ex usu loquendi, et quoad verba ambigua ex contexta oratione investigandus et explicandus est, i. e. interpretatio debet esse grammatica.

Ad sensum loci cujusdam plane cognoscendum et exponendum plerumque necesse habemus, ut praeter verborum significationem, praeter usum loquendi simul ad historiam de veterum moribus, ritibus, temporis locique

rationibus attendamus, quia litera, si historia in subsidium non vocatur, saepissime dubia, incerta et ambigua exstat. Hujus autem historiae pars est praecipua auctoris doctrina atque indoles. Quum igitur omnium judiciis probasse nobis videamur, verborum sensum tam ab usu loquendi, quam ab historia pendere, geminum principium ultro dimanat: Nullus alius est verborum sensus, nisi grammatico-historicus, et: nulla interpretatio bona, nisi grammatico-historica.

Contra verbis cujuscunque libri proprias ideas, vel scholae cujusdam opiniones supponere, et hoc modo verba ad hasce ideas et opiniones interpretari nequaquam licet.

Interpres libri sensum, non rem, i. e. assertorum veritatem, inquirat et declaret: omnino igitur reprobanda est methodus illorum, qui pro praeconceptis opinionibus librum e rebus potius i. e. e doctrinis, quae a priori ceu verae cognoscuntur, quam e verbis interpretantur. Verba explicare e rebus non est interpretantis, sed potius verba libri praeconceptis opinionibus accommodantis.

§. 7.

Eadem principia generalia cum de sensu et interpretatione verborum, tum imprimis de s. scriptura tam veteris, quam novi foederis valent. Ceteris quidem libris biblia ss. longe excellunt, utpote quae Dei et consilio et auc-

toritate ad prohibendos omnes errores composita sint: at pariter ab hominibus, eorumque in usum exarata, atque eatenus solum divini sunt, quatenus dirigente spiritu sancto, fallere fallique nescio, odornata, ceterum vero quoad verba, eorumque ordinem et dictionem sanctorum indoli scriptorum permissa sunt. Quare sensus verborum ex paginis ss. eodem modo, quo ex aliis profanis libris, eruitur.

Quare interpres sacer, quum Deus hominum more per homines loquatur*), indolem, usum loquendi atque characterem linquae, cujus scriptorem interpretari studet, calleat, hominumque, quos scriptor ante oculos habuerit, studiorum, nec non locorum ac temporum et cetr. habeat rationem.**) — Haec igitur principia in paginis ss. interpretandis observanda sunt:

a) Quodlibet verbum et quilibet codicis sacri locus in singulis casibus unum tantum literalem sensum habet. Erroneam vocamus doctrinam, e Rabbinorum scholis, et ex interpretationis, quae in locis ambiguis obtinet, varietate profectam, ex qua unus paginarum ss. locus plures sensus, eosque literales habere

*) In scripturis per homines more hominum loquitur Deus. S. Augustinus de civit. Dei. Lib. 17. cap. 6.

Nullo locutionis genere loquitur scriptura, quod in consuetudine hominum non inveniatur, quia utique hominibus loquitur. Ejusd. de trinitate Lib. 1. cap. 12. Quod jam doctores quoque Judaeorum Gemarici docuerunt:

דִּבְּרָה תּוֹרָה כִּלְשׁוֹן בְּנֵי אָדָם׃

**) Cfr. Dr. Jos. Fr. Allioli: Bibl. Alterthümer. Landshut 1825.

potest, et verba tantum, quantum possint, significant.

β) Interpretatio codicis s. sensum literalem, qui vel proprius (verbis propriis), vel tropicus, (verbis tropicis respondens), sive improprius est, investiget et explicet.

γ) S. scripturae interpretatio sit grammatico - historica. Nec ulla bibliorum ss. interpretatio est bona, nisi grammatico-historica.

§. 8.

Quamvis, quae modo in medium protulimus, bene observata ac dicta videantur, ad veritatem tamen stabiliendam et firmandam conducet, varia interpretationum genera ab interpretibus scripturae sacrae inducta paucis perlustrare, recensere atque accuratius in eorum examen descendere: et quidem primo inquiramus Genus mysticum*), seu allegoricum. **)

Sensus quidam sublimior, isque occultus praeter naturalem verborum sensum pro principio et methodo generis mystico - allegorici accipitur, et interpretatio mystica in eo consistit, ut res in v. F. significatae in n. F. ad illustrandas res alias ob similitudinem illas inter et has intercedentem saepe adhibeantur

---

*) a μύω, claudo, occludo. Sic apud Homerum Il. 24, 637. Μύσαν ὄσσε ὑπὸ βλεφάροισι.

**) ab ἄλλο et ἀγορεύω — unde allegoria, oratio, qua aliud dicitur, et aliud significatur.

et applicentur. Quare sensum mysticum vernacula lingua: „den sinnbildlichen Verstand“ — recte vocaveris. — Allegorica *τοῦ* תּוֹרָה et *τῶν* כְּתוּבִים expositio sub Christi aetatem veluti civitate donata exstitit.

In v. F. multa sane typica, symbolica et in speculo quasi intuenda occurrunt, quae sequenti tempore naturali perspicuitate videnda forent. Infantia hominum v. F. eorumque sensualitas effecit, ut vim et notionem rerum haud satis perspicerent, multarumque veritatum nullo modo essent capaces, quae igitur alia via, indirecte ipsis indicanda erant. Judaeus, rebus, quae sensibus tantum percipiuntur, affectus, divinum Messiae regnum imaginari nequibat, quod sub certis igitur imaginibus ipsi erat proponendum. Providentia divina in v. F. *τύπους* deposuit, qui futuro tempore cognoscerentur. Et vis humanae mentis sensim sensimque adolevit, et diuturno tantum temporis intervallo eo maturuit, ut ab elementis ad perfectiora, a sensualibus ad abstracta, ab obscuris denique ad clariora progrederetur. Ne igitur in primis hominibus eadem plane sensa eundemque sentiendi modum inquiramus: hic quoque illud s. Pauli valet: „*Ὅτε ἤμην νήπιος, ὡς νήπιος ἐλάλουν, ὡς νήπιος ἐφρόνουν, ὡς νήπιος ἐλογιζόμην· ὅτε δὲ γέγονα ἀνὴρ, κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου.*“ *)

*) 1. Cor. 13, 11.

In v. F. tabulis omnino duplex verborum sensus est accipiendus: in novo contra foedere non habemus, quod sensum mysticum accipiamus, propterea quod hic nondum typi occurrunt. Res ipsa apparuit, *τέλος γὰρ νόμου Χριστός.* (Rom. 10, 4.) — Sensus ille mysticus sublimiori tantum et divina illustratione cognoscitur: de quo illustrationis divinae charactere praeter Jesum ejusque apostolos nemo gloriari potest, quia cujusque lectoris non est, sed prophetae seu praeceptoris divini, hunc mysticum eruere sensum.*) —

---

*) „Die allegorisch-mystische Auslegung muss der katholische Ausleger, und soll er wohl auch nicht in Schutz nehmen und mitmachen; aber den mehrfachen Sinn einer und derselben Schriftstelle, auf welchen die Schriften des n. B. führen, hauptsächlich indem sie die allegorisch-mystische Auslegung der Bücher des a. B. gebrauchen, diesen mehrfachen Sinn muss, dünkt mich, der katholische Ausleger annehmen, wenn er nicht gegen die Unfehlbarkeit göttlich geleiteter Personen des n. B. anstossen will, in soweit nämlich der Katholik die Unfehlbarkeit dieser Personen auch hiebei annehmen muss und behauptet.“

„Kein einziger katholischer Ausleger kann für sich einen mehrfachen, mystischen Sinn finden, aufstellen und begründen, weil er keinen sichern, ja gar keinen Weg hat, auf welchem er selbst aus eigenen Kräften, wo ein solcher Sinn vorhanden ist, wissen und zu ihm gelangen hönnte, daher er auch jeden nur, wie einen andern Offenbarungssatz, auf Treue und Glauben eines andern, nicht als selbst gefundene und also auch nicht als eigene Auslegung annimmt und annehmen kann. Blosse Analogien und Aehnlichkeiten, auf die man sich dabei zu stützen pflegt, reichen nicht nur nicht dazu hin, sondern sind für den menschlichen Ausleger gar kein Grund der Auslegung. Darum ist auch in den mystischen, allegorisirenden Auslegern bei einer und derselben Stelle selten eine Uebereinstimmung zu

Hic loci significatio quoque verbi *πληροῦσθαι* indaganda videtur: quae ut rite determinetur, ad historiam recurramus. Judaei jam a prima pueritia locos ss. paginarum ac historias memoriae alte imprimere soliti, comparationes a factis, ritibus et personis insignibus ductas, admodum amabant, atque dicta suae aetati adplicabant, v. c. Amos 8, 10. coll. I. Maccab. 1, 41. Cujus generis exempla in Philone plurima occurrunt. Jesus et apostoli hoc dicendi et scribendi genere saepe utuntur, i. e. multos v. F. locos typice aut symbolice interpretantur pro conditione nempe eorum, quibuscum loquebantur, quosque edocebant:

„*Καὶ ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω · τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω · τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος (μὴ ὢν ἄνομος θεῷ, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ) ἵνα κερδήσω ἀνόμους. Ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενής, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσω. Τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω.*"*)

Ex quibus omnibus peculiaris librorum ss. oratio enata est haec:

---

treffen, wohl aber die verschiedenartigsten und wundersamsten Einfälle, wie sie nämlich jedem nach Umständen Witz, Geschmack, Sinn und Bedürfniss, angeregt durch eine Schriftstelle, eingab." M. Arneth: Die Unterschiede zwischen der bloss rationellen und der katholischen Schriftauslegung. Linz 1816, p. 85 et 98.

*) I. Cor. 9, 20 — 23. coll. Marc. 4. 33.

α) Et Judaei, et librorum ss. auctores, simile aliquid referentes, verborum loco suorum non raro verbis v. F. utuntur, id quod praeter alia testantur: Luc. 1. 42. coll. Deut. 28, 4. et Judith. 13, 23. Rom. 10. 8. coll. Deut. 30, 14.

β) Judaei typologiam amabant. Maximi momenti facta futuri temporis in factis aevi praeterlapsi depicta putabant, quare eventum typi demonstrare assidue conabantur *). Ejusmodi *ἀλληγορούμενα* vide Gal. 4, 21 — 31. Rom. 9, 7 — 9.

γ) Auctores n. F. recentiora suae aetatis facta cum antiquioribus factis, in historia patria narratis, comparant, nec non locos in v. F. de his loquentes ad illa applicant. Conferamus praeter alia Jerem. 31, 15. **) cum Matth. 2, 17 — 18. Matthaeus hic (cfr. Calmeti Commentar. ad Matth. cap. 2. v. 15. 18.) ea, quae tunc in Ephraimi captivitate contigerunt, cum bethlehemiticarum matrum ploratu, liberorum caedem lugentium, comparat. Mera est alterius ad alterum relatio, ex rerum similitudine petita. Ex quibus sequitur, illam loquendi rationem: *τότε ἐπληρώθη*, aut *καθώς ἐστι γεγραμμένον* — in his ac similibus locis nonnisi formulam esse

---

*) *Ἐστὶ καὶ οὗτος προφητείας νόμος, τὸ πολλὰ πολλάκις λέγεσθαι ἐπ᾽ ἄλλων, πληροῦσθαι δὲ ἐφ᾽ ἑτέρων.* Chrysost.

**) קול ברמה נשמע נהי בכי תמרורים רחל מבכה על־בניה
מאנה להנחם על־בניה כי איננה׃

citandi, cui respondeat sensus: etiam hic valet, quod scriptura dicit.

δ) Auctores n. F. locis v. F. ad veritates tum fidei cum morum illustrandas saepe utuntur, v. g. I. Cor. 9, 9 — 10. coll. Deut. 25, 4. Hebr. 4, 1 — 3. coll. Psal. 94, 10 — 11. aliaque id genus. Et unus idemque locus v. F. rebus variis n. F. ob similitudinem intercedentem adplicatur. Conferamus omissis aliis Isai. 6, 9 — 10. cum Joan. 12, 37.

Allegorico — mysticum interpretandi genus interpretibus antiquissimi et antiquioris aevi contra ethnicos et haereticos subsidio fuit, eoque in multis auctoritas ss. paginarum conservata est. Non raro quoque pro conditione eorum, quibuscum disputabant, eo usi sunt *).—

Mysticum sensum interpretes supposuerunt, quum saepius locum quendam interpretari nescirent; **) quum grammaticum sensum Deum

*) „Cum enim adloquerentur Ethnicos, qui mysticis poëtarum fabellis assueverant, Hellenistas Platonicorum ideis imbutos, Christianos in fide parum adhuc exercitatos, atque nutantes, ne vilesceret illorum oculis christiana religio, spirituali sensu scripturam exponere cogebantur. Quippe litera durior est per se sola, atque spinosior, quam ut ejus ope in illorum animos sese insinuarent, atque apud eos fidem nostram in existimationem adducerent." *Bonaventura* Argonensis: De optima legendorum ecclesiae patrum methodo. Part. III. cap. V. p. 234. Editionis Taurinensis. 1742. 8.

**) „Alle Erscheinungen führen dahin, die allegorisch-mystische Interpretation in der Art, wie sie in der ältesten Kirche üblich war, und durch Origenes in bestimmte Gesetze gebracht wurde, als das sich selbst unklare Geständniss anzusehen, dass man die heiligen Schriften in vielen

offendere putarent*). In eo peccaverunt, quod literae aequo plus inhaerentes historicum interpretandi genus in subsidium non vocabant. Mysticum denique sensum acceperunt, quum in nonnullis prophetarum locis interpretandis incerti essent.

Memoratu haud indignum esse videtur, Origenem ceterosque allegoristas in doctrinis ss. paginarum essentialibus nunquam non concordes fuisse, nullamque contradictionem in rebus, ad fidei morumque doctrinas pertinentibus, evenisse.

Ceterum cavendum, ne omisso sensu literali, quod auctoribus S. Thoma P. I. q. 1. art. 10. et s. Hieronymo in cap. 13. Matth.

Punkten nicht verstehe. Vermocht wurde man zu ihr besonders auch durch die Angriffe der Heiden auf die heiligen Schriften, und durch die Haeresien der Schulmeister. Wie viel aber die allegorische Interpretation für die Verbreitung des Christenthums unter Juden und Heiden geleistet habe, ist gar nicht zu berechnen; sie steht ferner mit der Erzeugung einer reinern Auffassung des Christenthums in einer wesentlichen Verbindung, und alles zusammen genommen ist der lebendigste Beweis, dass die Hochschätzung der heiligen Schriften von der Erziehung in der christlichen Kirche ausgehe, und die Möglichkeit der Bewahrung des reinen Christenthums weit tiefer gesucht werden müsse, als weil wir eine heilige Schrift haben; in jenen Gründen, durch deren Annahme wir selbst erst glauben, dass in der heiligen Schrift die Wahrheit unentstellt niedergelegt worden sey." — *J. A. Möhler*, die Einheit in der Kirche oder das Princip des Katholicismus, dargestellt im Geiste der Kirchenväter der drei ersten Jahrhunderte. Tübingen, 1825. pag. 309. sq.

*) Cfr. Origenem. Homil. VII. in levitic. n. 5.
De princp. I. IV. §. 17. 16. 18. et cfr. Hieronymum.

„omnes sensus scripturae super unum literalem fundantur, ex quo solo trahi potest argumentum, non autem ex iis, quae per allegoriam dicuntur", ad mysticum, qui potius firmis rationum momentis evincendus est, temere transvolemus, quum ad arbitrium potius confictus, quam ad spiritus s. consilium referendus videretur *).

At homines, quod saepe fieri solet, tramite justo deserto ad extremas inclinant partes. Unde factum est, ut, quum a nonnullis antiquioris aevi interpretibus s. scriptura undique fere mysteriis impleta esset, interpretes quidam recentioris temporis eo tenderent, ut typicum seu mysticum sensum omnino repudiarent **). Audiamus praeterea J. Herm. Janssens (Hermeneutica s. Leodii 1818. Vol. II. pag. 263 sq.) hac de re disserentem:

„Sensus iste mysticus ab exorbitantibus interpretibus nimium extensus fuit: quare aliquibus suspectus factus, tandem a nonnullis in Germania rejectus fuit, habitusque est pro mera adplicatione rei praeterlapsae ad aliam propter analogiam, quae inter illas intercessisset. At sensum mysticum ut meram adplicationem prop-

*) Cfr. Theologisch-praktische Linzer-Monatschrift zunächst für Seelsorger. V. Jahrg. II. Bd. 2. Aufl. Linz, 1811. pag. 202 sqq.

Quartalschrift für kath. Geistliche, als Fortsetzung der theolog. prakt. Linzer-Monatschrift. Salzburg, 1812. I. Jahrg. II. Bd. p. 266. sqq.

**) Joan. Wilh. Rau: Freimüthige Untersuchung über die Typologie. 1784.

ter analogiam haberi non posse, evincitur, quod scriptores ss. n. F., praesertim Matthaeus, textus v. F. in alio sensu de Christo adlegantes, ad illos provocent tanquam ad probationes eorum, quae dicunt. — Allucinati sunt graviter ii exegetae, qui cuivis sensui literali sensum mysticum subesse rati, commentaria sua sensibus mysticis arbitrariis impleverunt; atque ita theologi nonnulli, in studio scripturae s. haud versati, hisce interpretibus consultis quandoque argumenta hujusmodi sensus mystici adversus incredulos et Acatholicos strinxerunt, quae nihil probabant, ac plus mali, quam boni, egerunt, cum inimici nostrae religionis sibi ita persuadeant, Catholicos hujusmodi argumentis fidem suam superstruere. — — Non minus a vero aberrarunt illi, qui opinionem in scholis Judaeorum, et ex exaggerato conceptu de scriptura s. notam secuti, quod nempe verba scripturae s. tantum significent, quantum possent, arbitrati sunt, inter plures sensus literales vel mysticos possibiles nobiliorem sensum tenendum esse. Adtendenti enim patet, ita viam pandi, scripturam s. quibuscumque sensibus, mysteriis, vaticiniis et allegoriis arbitrariis implendi, plusque mali ecclesiae Christi praestandi, quam boni, cum increduli et Acatholici hujusmodi arbitrarias expositiones explodant."

Si hermeneutices historiam interrogaveris, invenies, patres, praesertim qui ex schola Antiochena prodierunt, in sensu literali inve-

stigando atque explicando totos fuisse *). Idem quoque celebrem Calmetum indefessa cum diligentia et summa posterorum laude fecisse scimus. — Interim orator in sacris, si placuerit, in populari fidelium institutione sensum mysticum cum pericopa aliqua propter finem homileticum copulare non prohibetur, sed caveat, ne in universum magis παραφράζειν et ἀλληγορεῖν, quam interpretari videatur.

§. 9.

GENUS DOGMATICUM.

Hoc interpretandi genus a perfecto systemate Dogmatices non solum biblicae, verum etiam ecclesiasticae proficiscitur, totamque dogmaticae doctrinae summam (dogmatischen Lehrbegriff) in locos interpretandos transfert, nec curat, quid loci secundum literam atque contextam orationem eloquantur. Dogmaticum itaque interpretandi genus eorum potissimum est, qui animum eo maxime intendunt, ut in interpretando non tam verba pro eorum significatione et grammatica ratione interpretentur, quam sententias potius et opiniones clariores reddere conentur, ita ut de capitibus fidei et morum disputent. Hoc genus ad intelligendas res theologicas utique haud levis esse momenti, ad interpretationem vero qua talem non pertinere, haud difficile est intellectu.

---

*) Cfr. J. N. Alber. Institutt. herm. scripturae s. v. F. Pestini 1817. Tom. I. p. 19. sqq.

Nonnullos antiqui aevi interpretes, quos dogmaticos vocant, magis peritiam subtiliter disputandi, quam paginas ss. interpretandi ostendisse, ullo sine dubio nemo est, qui ignoret. Sane igitur habemus, cur ejusmodi interpretes oratoribus in sacris potius, quam scripturae s. interpretibus, qui proprie dicuntur, adnumeremus *).

Genus interpretandi dogmaticum ex inopia cum studii paginarum ss. solidioris et accuratioris, tum ex inopia cognitionis, quae naturam et rationem ecclesiasticae Dogmatices perspiceret, enatum est. Interpretem, ingenio acutiori praeditum, latere non potest, gradationem quandam summae doctrinarum chr.(Aufstufung des christlichen Lehrbegriffes) in novi foederis tabulis reperiri, eo quod lux lumenque revelatae doctrinae nonnullis in locis omnino sensim sensimque orta sunt. Sic v. g. evangelium s. Joannis de divinitate Jesu clare proprieque loquitur: quae doctrina a s. Paulo aliquoties tantum attingitur, in tribus autem primis evangeliis et epistolis, quae catholicae dicuntur, non ex instituto tractatur. Quum demum exegeseos sit, ex auctore quolibet non plura, quam quae dicat, sibi sumere, sane errant, qui doctrinae summam alterius auctoris in alium transferre conentur. Multi, quod est dolendum, qui Dogmatices biblicae compendia conscripserunt, di-

*) Cfr. Richardi Simonis histoire critique des principaux Commentateurs du nouveau Test. etc. c. 7. pag. III. sq.

stinctam doctrinae revelatae gradationem, quo debebant studio, haud satis secum reputarunt.

Quilibet porro ss. paginarum locus completam doctrinae summam haud exprimit, sed, quod saepius accidit, eam tantummodo tangit. Quare hoc interpretandi genus errorem incurrit, quod completam Dogmatices biblicae summam ejusmodi locis supponit.

In multis doctrinis discrimen biblicam inter et ecclesiasticam Dogmaticen magnum intercedit. Qui Dogmaticen ecclesiasticam, qua par est ratione, cognitam perspectamque habuerit, intelliget, in hac incrementum dogmatum quoddam, institutioni vero divinae haud adversum, occurrere. Quam ob rem interpreti vitio jure meritoque verti possit, si nonnullis paginarum ss. locis ecclesiae Dogmaticen numeris suis perfectam supponere studeat. Sic jam antiquum sonat axioma: a veritate dogmatica non valet consequentia ad veritatem hermeneuticam. Errant igitur, qui cuivis codicis s. loco Dogmaticen eccleciasticam inferunt, errant, et quidem eo magis, quo Dogmatice, quam ecclesiasticam vocant, perfectior est, atque proponit doctrinas, quas s. scriptura haud clare eloquitur, sed in se tantum continet.

Natura biblicae Dogmatices in eo potissimum cernitur, quod summam christianae doctrinae tam accurate explicat, quam s. scriptura eam complectitur: ecclesiastica vero Dog-

matice summam biblicae doctrinae plenius copiosiusque explanare atque confirmare studet. —

Doctrina christiana ea est, quae dogmatum suorum incrementa quaedam capere possit, ita ut haec ipsa incrementa origini et auctoritati religionis haud adversentur. Doctrina enim christiana ex semet ipsa petere, suis incrementis explicari et divina, eaque innata quasi virtute, in dies magis efflorescere potest. Nihil casui, nihil fortunae, nihil hominibus, nihil opinionum commentis eam debere, equidem concedo: ast quis indignum esse dicat, si sibi debet quidquam, si proprie virtuti, si singulari cuidam et domesticae providentiae, si auctori Deo? Qua in re, quid falsum, quid institutione divina indignum? Quin imo pro divina sapientia, nec non ex ipsa Christi sententia fieri non tantum potuit, sed etiam debuit, ut, quod beneficium singularis quaedam Dei benignitas instituto christiano conclusit atque abdidit, in dogmatum etiam ubertate et copia sensim se exsereret magis, et luculentius existeret. Hoc Dei consilium, haec Christi fuit mens, ut religio divinitus accepta, quum commune omnibus bonum esset, omnibus etiam hominibus innotesceret, omnesque beatos efficeret. — Christus plures per annos familiariter usus iis, quos erudiendo et instituendo sibi discipulos et amicos adlegaverat, non tamen idoneos eos judicavit, quibus omnia sua dogmata enuntiaret, sed, cum jam ipsi discedendum a suis esset, palam pro-

fessus est, multa adhuc superesse, quae libenter communicaret, verum ea, quoniam in praesentiarum ipsi neque capere, neque ferre possent, in aliud tempus a se reservari, quo prudentiores facti, et majori intelligentia praediti ea intelligere possent. Divina providentia in gravissimo hoc religionis moderandae negotio idem consilium, quod in regendis omnibus rebus, secuta est. — Nec gignit, nec progenerat divina natura uno eodemque tempore, sed modum quendam ac temporum seriem servat ita, ut apta quaeque aptis momentis et locis proveniant, et ornatissimus inde mundus evolvatur. Idem consilium Christus, religionis nostrae auctor, secutus, ecclesiam suam, ceu alterum et sublimiorem mundum, spiritu implevit, quem parem sibi et patri aeterno, omnium rerum moderatorem, hominibus annuntiavit. Quem spiritum divinum primo ostendit, deinde de coelo misit apostolis, ut suis et ecclesiae in perpetuum adesset, ut illo rectore cuncta gubernarentur. Et qualem, quaeso, quantamque rerum conversionem, quae hunc gubernatorem sequebatur, invenimus: hic (πνεῦμα ἅγιον) eloquentiae rudes disertos fecit, trepidantibus animum addidit, ignaris scientiae abdita patefecit, et de Christi fontibus hausta excoluit. Eadem spiritus s. virtus successu temporum neque imminuta est, neque agere desiit. — Spirat adhuc coelestis ille vigor, perficitque, quin oculis mortalium conspiciatur, ecclesiam, cui ad-

esse nunquam desiit, quamque regere nunquam cessabit. Adultiorem ecclesiam eadem ratione perficit, qua excoluit nascentem. Quemadmodum enim, ut verbis auctoris cujusdam utamur, ab initio, ita et postmodum multa superesse oportuit minus clara, quibus major lux affundi posset: affudit hanc lucem rector ille spiritus. Quemadmodum ab initio, ita et postmodum multorum dogmatum habitus anceps existimari potuit et dubius: munivit nutantia, firmavit dubia rector ille spiritus. Quemadmodum ab initio, ita et postmodum novae continuo exoriri necessitates et indigentiae potuerunt pro temporum vicissitudinibus, quas Christus prospiciens remedia quidem providit idonea, sed abdidit simul et quasi in arca recondidit, ut suis temporibus protrahi possent: protraxit in lucem rector ille spiritus. Atque in hoc quidem positam esse puto summam omnis instituti christiani praestantiam. Hoc enim institutum cum apello, ex ipsa Christi mente semen quoddam appello, minutum illud quidem, sed quod innata vi in arborem exsurgens ramos frondesque latissime explicet. Hoc institutum dum nomino, tapetem quendam artificiose pictum, multisque modis complicatum nomino, qui, quo magis explicetur, eo plus venustatis ostendat. Hoc institutum cum significo, hortum quemdam late patentem significo, cujus formas et colores eo distinctius oculis perlustrare poteris, quo altius ascenderis collem, horto

imminentem. Atqui qui semen illud rigando, collustrando, calefaciendo in arborem educit, spiritus est; qui tapetem illum nobis in dies magis explicat, idem spiritus, qui ad collis in horto positi verticem nos pedetentim deducit, unus is idemque spiritus. Quin idem ne de suo quidem addit quidquam, quamvis divina forent, quae adderet doctrinae christianae; de iis, quae Christi sunt, sumit omnia: Christi sunt, quae colit et rigat; Christi sunt, quae explicat; Christi sunt, quae in clarissima luce ante oculos nostros collocat. Non invenit ipse, sed ut nos inveniamus, efficit; non creat denuo, sed jam creata relegit, non nova ministrat, sed nos uti docet ministratis. Fundamentis a Christo positis inaedificat, materiam a Christo congestam exornat, ad formam a Christo delineatam splendidissimum illud ecclesiae templum absolvit.

Conquiescat igitur pusillanimorum timiditas, obmutescat dissentientium obtrectatio. Non est timendum ab incrementis dogmatum christianorum. Non enim aliena sunt, sed propria, non aliunde inserta, sed sponte pronata, non temere aut casu adscita, sed ab ipso jam auctore Christo praeparata, et illis curis ad maturitatem perducta, quibus omnia sua moderanda ille transmisit. Quae Christus plantavit, spiritus perficit et matura jam suis temporibus ecclesia recondit in horreis, non minus utique utilia, nec minori etiam reverentia complec-

tenda, quam si statim ab initio recondita fuissent. —

Quum res ita se habeat, arrogantiam dogmaticorum quorundam refutare licet, qua affirmant: inprimis dogmaticus sis oportet, priusquam s. scripturam interpretari coneris. Talia afferre nonnisi ejusmodi homines audent, qui, quid sit interpretari, omnino perspectum non habent, nec ullo modo accuratae justaeque interpretationi operam navarunt. Summam doctrinae scriptoris cujusdam cognitam habeas oportere, antequam eum rite interpretari velis, non est, quod dubitemus, id quod historica interpretatio sibi poscit, sed errant, qui scriptori doctrinam aliquam, quae in operibus ejus reperiri nequit, supponunt.

Ceterum tantum abest, ut interpres dogmaticum studium, quantum fieri possit, non commendet, ut maximi momenti aestimet: nimium vero studium ubique evincendi argumenta dogmatica, nec non, ut ita dicamus, locos scripturae quamquam ad probandum minus idoneos, coacervandi haud comprobaverit *). —

Diligenter adtendendum ac cavendum est, ne subrepat error, eum sensum, quem dogma aliquod comprobare videatur, in sacrae scripturae locos et verba transferendi, antequam interpres ad verba interpretanda accesserit. — Omnes Catholici cum s. Hilario fatemur, „quod sensum non debeamus scripturis inferre, sed

*) M. Arneth op. c. p. 45.

ex iis efferre, et veritatem ex scripturis haurire, quodque optimus scripturae lector sit, qui non cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem praesumpserat intelligendum."

Interpretationem necesse est niti ratione mere exegetica, eaque satis idonea, ex qua sine fuco dogmatica argumenta, ex scientiae et doctrinae legibus, ad ecclesiae mentem facile derivari possint.

Quo majus et luculentius exegeticum exstat momentum, eo magis dogmatica argumenta ratione scientifica firmantur, et sic firmata omnem adversariorum invidiam convincunt.

§. 10.

GENUS PIETISTICUM.

Genus interpretandi pietisticum eorum potissimum est, qui nullam paginarum ss. interpretationem veram agnoscunt, nisi quae cum interiori hominis, lumine coelesti illustrati, sensu concordet. Antiquiori *), imo nostra etiam

*) In scriptis, quae ad hanc pietisticam familiam spectant, eminent: Herm. Aug. Frankii praelectiones hermeneuticae, ad viam dextre indagandi et exponendi sensum S. S. theologiae studiosis ostentandam in Acad. Halensi publice habitae. Hal. 1717. 23. 8.

Joach. Langii Hermeneutica sacra etc. Hal. 1733. 8.

Joan. Jacob Rambachii Institutiones hermeneuticae. Jenae 1723. 8. ed. octava 1764. Rambachs Erläuterung über seine eigene Institutt. herm. s. etcetr. in 2 Theilen ans Licht gestellt von D. Ernst Fr. Nebauer. Giess. 1738. 4. — Rambachii exercitationes hermeneuticae s. Pars altera Institt. Herm. sacr. Brem. 1728. aliorumque. — Cfr.

aetate *) nonnulli, quos pietistas vocant, eo delapsi sunt, ut omnem scientiam respuerent, atque unumquemque hominum intus immediate a Deo verum sacrae scripturae sensum edoceri statuerent. Multa loquuntur de visionibus, somniis et apparitionibus, de lumine quodam interno, a Deo concesso, quo quilibet omni veritate, sacris literis revelata, imbui soleat.

Hanc assertionem perversam sane sacrarum literarum interpretationi, adeoque omni rationi ac experientiae contrariam, erroribus fanaticis atque pseudomysticis latissimum aperuisse campum, et inficiendae phantasiae ac separationi quam maxime idoneam fuisse, cum cuique liceret, intrudere eum sensum, quem quisque lumini interno, subjectivo, convenientem judicaret, ullo sine dubio nemo erit, qui non intelligat **). Si sensus, nimis justo auctus, imperium assequitur, imaginandi facultas, phan-

---

quoque: Wilhelm Penns kurze Nachricht von der Entstehung und dem Fortgange der christlichen Gesellschaft der Freunde, die man Quäker nennt etc. Aus dem Englischen übersetzt und mit Anmerkungen versehen von Lud. Seebohm. Pyrmont. 1792.

*) Cfr. Dr. Benkert: Allgem. Religions - und Kirchenfreund und Kirchencorrespondent. Erster Jahrg. I. Bd. III. Heft (März) Würzburg. 1828. p. 81. et: Theol. Quartalschrift. In Verbindung mit mehr. Gelehrten, herausgegeben von D. v. Drey, D. Herbst, D. Hirscher, D. Feilmoser und Möhler. Tüb. 1827. III. Quart. Heft. p. 547.

**) Cfr. J. B. Kastner: Katholicismus und Nichtkatholicismus in Beziehung auf Wahrheit und Vollständigkeit des Glaubens; oder dass man Katholik seyn müsse, um wahrer und vollständiger Christ zu seyn. Sulzbach 1827. p. 98. sqq.

tasia, intellectum retrudit, omnemque claram atque exactam cognitionem spernit, circumvolans in variis, novisque regionibus. Unde factum est, et fit, ut ejusmodi homines, utpote qui divino spiritu inflati esse sibi videantur, antiquis ecclesiae institutionibus parere renuant, societates inter se coeant, omnesque a parte sua alienos spernant.

At si ejusmodi homines revera a numine supremo edocerentur, sane tantus dissensioni inter illos locus nullo modo esse posset, quum Deus unitatis, quia veritas nonnisi una est, et consensionis sit auctor. Ut paucis expediamus: si interior quidam animi sensus, aut modus quidam sentiendi singularis, si excitatio pietatis quaedam pro argumento auctoritatis spiritus sancti, nec non interpretationis verae habentur: efficitur, ut portae somnio omnis generis fanatico latissimae aperiantur, doctrinae novae, eaeque perversae Beghardorum more in medium proferantur, fundamenta fidei conquassentur, atque institutiones et divinae et humanae omni modo contemnantur, quum, qui sensa obscura sequuntur, claras rerum notiones supervacaneas, impossibiles, quinimo perversas existiment, quum porro rerum causas indagare renuant, et ob inconsequentiam, quam saepissime incurrunt, juste impugnati ad interiora sua sensa provocent, pro quibus eloquia sua omnino sint vera.

§. 11.

GENUS PSYCHOLOGICUM.

Nostris temporibus, quum Rationalismus, quem dicunt, qui omnem revelationem divinam, positivam, respuit, altas in quorundam Protestantium mentibus radices egisset, aliud interpretandi genus ab ipsis inventum est, quod psychologicum vocari solet. Naturalistas nempe istos maxime offendebant miracula, quae in quavis fere novi testamenti pagina enarrantur: itaque de exterminandis iis cogitarunt. Omnes ingenii sui vires intenderunt, ut vera Christi miracula de medio tollerent, suaque effervescentis cerebri figmenta illis substituerent. Sed quum litera pro miraculis firmiter staret, illam subvertere studebant: et ecce! quale hac in re remedium adhibuerint.

Statuerunt nimirum: omnia illa facta, quae miraculi speciem prae se ferrent, plane naturali modo juxta humanae mentis leges seu psychologiam naturalem evenisse. Hoc interpretandi genus imprimis excoluit Dr. H. E. G. Paulus in suo commentario,*) praesumtionibus, vanis conjecturis aliisque hypothesibus sa-

*) H. E. G. Paulus: Philologisch - kritischer und histor. Commentar über das n. T., in welchem der griechische Text, nach einer Recognition der Varianten, Interpunktionen und Abschnitte, Einleitungen, Inhaltsanzeigen und ununterbrochenen Scholien als Grundlage der Geschichte des Urchristenthums bearbeitet ist. 3 Th. Lübeck 1804 et 1805. — Eundem temeritatis et depravationis spiritum secum gerit novissimum istius auctoris opus: " Das Leben Jesu, als Grundlage einer reinen Geschichte des Urchristenthums etc. 2 Th. Heidelberg. 1828.

ne insigni. De quo audire juvat celebrem virum, Joannem Jahn: „In quo (commentario) permultae sunt interpretationes a longe petitae, quaesitae, artificiosae, argutae, et hypothesibus superstructae, ideoque diligenti examini subjiciendae. Jure meritoque carpitur, quod quam plurima graeca, aliunde vel tironibus nota, supervacanea diligentia explicentur.“ *) Hanc interpretationis rationem momenti vere exegetici naturam indolemque minime agnoscere, neminem fugit; quid? qui hujus generis auctor literae sacrae atque historiae paene nullam habet rationem, sed sibimet ipsi potius inanem fingit historiam, quam nullibi, nisi in perversa auctoris mente licet reperire. Posito, ut religio christiana nobis fuerit revelata, ejus promulgationem necesse est miraculis fuisse conjunctam. Definitio miraculorum numeris suis perfecta in orationibus Jesu ipsis occurrit. **) Miracula sunt opera patris, quae nemo alius facit, i. e. facta sunt, quae pro altioris ge-

---

*) Enchiridion Hermeneuticae generalis tabularum veteris et novi foederis. Viennae. 1812. pag. 176.

**) *Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε· ἵνα γνῶτε καὶ πιστεύσητε, ὅτι ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.*

Εἰ τὰ ἔργα μὴ ἐποίησα ἐν αὐτοῖς, ἃ οὐδεὶς ἄλλος πεποίηκεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἴχον· νῦν δὲ καὶ ἑωράκασι, καὶ μεμισήκασι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα μου. Joan. 10, 37. 38. — 15, 24.

neris viribus, speciali modo a Deo concessis, patrantur. Miraculis quoque adnumeramus omnia illa signa, et portenta, et varias virtutes, et spiritus s. distributiones, (*σημεῖα καὶ τέρατα καὶ ποικίλας δυνάμεις, καὶ πνεύματος ἁγίου μερισμούς.* Joan. 15, 26. Hebr. 2, 4.) quae Deus in suis excitat et procreat, quod qui negaverit, omnem fidem historicam rejicit, omnemque religionem positivam destruere conatur.

Ultra evangelia sapere non licet, neque alius Christus, neque alia Christi vita fingenda sunt vel mente, vel imaginandi quadam libidine, quam qualem exhibent monumenta haec antiquissima: id quod interpretes, psychologico interpretandi generi addicti, omni ex parte ignorare videntur, eo quod Christi doctrinam, objective veram, omnibus, quibus fieri potest, viribus, depravare, et ad suum sensum, eumque vario modo perversum, aptare conantur. Valet poëtae dictum: Multi nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt. De eadem re Hieronymum quoque audiamus, ita disserentem: „Quidquid dixerint, hoc verum putant, nec scire dignantur, quid prophetae, quid apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit, et non vitiosissimum dicendi genus, depravare sententias, et ad voluntatem suam scripturam trahere repugnantem.“*)

---

*) Epist. CIII. ad Paulin.

Quid mirum, quod infelici et abjecto isto interpretandi genere fiat, ut tota sacra scriptura in fabulae romanensis formam redigatur?

Omni jure meritoque plures ex auctoris confessione exstiterunt oppugnatores: e Catholicis primas hac in re partes praeter alios egit Dr. Al. Sandbichlerus. *) Juvat quoque audire celeberr. Patritium Benedictum Zimmer, qui in sua theologia christiana **) de hoc perverso interpretandi modo ita disserit: „- - - Hoc, quod modo dixi, cumprimis valet et verum est de nova schola exegetarum, quae postremis temporibus nata, novas et inauditas interpretationes enixa est, et adhuc enititur, magno multorum applausu, et titulis in fronte operum coruscantibus, quibus se tamquam critico-historico-psychologico-philologicos commentarios annuntiant. Negare equidem nec volo, nec possum, ab his commentariis id, quod in fronte gerunt, praestitum fuisse; magnam enim ubique et criticae, et historiae et antiquitatum, et linguarum eruditionem prae se ferunt, et produnt: non inficior, eorum interpretationes et novas, et inauditas esse. At vero nego, et pernego, has interpretationes verum sensum sacri scriptoris, et libri assecutas fuisse; simul-

*) Eine Stimme des Rufenden in der Wüste, oder Bemerkungen zu dem philologisch-krit. und histor. Commentar über das n. T. des Herrn H.E.G. Paulus. 1tes Heft. Linz. 1805. 2tes Heft. München. 1811.
3tes und 4tes Heft. Salzburg. 1814-1816.

**) Tom. VI. p. 137. Landishuti. 1806.

que palam pronuntio, eas hunc sensum ne assequi quidem potuisse, cum interpretes eo, quod absolute necessarium est, caruerint intuitu nimirum pure intellectuali, sive illo aspectu, quo sacri scriptores et Deum, et nexum Dei cum homine, et hominis cum Deo contemplati fuerunt.“ Quod perversum interpretandi genus interpretes, scholae laudatae addicti, ad veteris novique foederis tabulas extenderunt, eoque consequenter pervenerunt, ut modo capita codicis sacri spuria judicarent, modo doctrinam usu legitimo justoque receptam rejicerent, modo textum s. corrumperent, modo typicum vet. foederis characterem negarent, aliaque id genus plurima.*) Heu! quam difficile est, crimen non prodere vultu.

---

*) „Die allgemeine Misshandlung, welche die heilige Schrift in der neuern Zeit von den Protestanten erfahren hat, bleibt immer eine der auffallendsten Erscheinungen in der Geschichte des Christenthums, wenn sie auch in einer Partei, welche jede Autorität in Erklärung der Bibel verwirft, und diese der Willkühr des Einzelnen preisgibt, nicht ganz unerwartet ist; und doch hat sich diese Partei gerade in der Zeit, wo die Misshandlung der Bibel aufs Höchste gestiegen ist, den Titel „Evangelische Kirche“ beigelegt — in einer Zeit, in welcher es, wie Reinhard sagt, für den, der Beifall und Journallob erhalten wollte, eine fast unerlässliche Bedingung war, dass er irgend ein biblisches Buch für unächt erklärt, oder irgend eine hergebrachte Lehre bestritten haben musste. — — — Verderblicher und noch schmachvoller als dieses Verstümmeln des Kanon ist die neue Exegese, welche, den Text gewaltsam verdrehend, darauf ausgeht, den Sinn der Bibel möglichst zu verwässern, und alles Erhabene und Heilige aus ihr wegzuerklären, oder ins Gemeine und Triviale herabzuziehen; die dem A. T. seinen typischen und pro-

§. 12.

GENUS MORALE - PHILOSOPHICUM.

De illa morali, quam vocant, interpretatione, quae id tantum sibi sumere solet, quod ad provehendam christianam aedificationem valet, sermo hic loci non est, sed illius potius morali-philosophicae interpretationis, siquidem dicenda est interpretatio, quae auctoribus, ut omnes sciunt, Kantio et nonnullis theologis, eum sequentibus, gaudet, utpote qui in criticam jurabant philosophiam, rationem habemus.*)

---

phetischen Charakter nimmt, alle Weissagungen auf Christus daraus wegzuschaffen sucht, im N. T. die Wunder vernichten will, und den Weltheiland wie einen gewöhnlichen jüdischen Rabbi sprechen lässt. Das ist eine Exegese, wie sie die rationalistische Schule gerade bedarf, und als Repraesentant derselben kann der Professor H. G. E. Paulus in Heidelberg gelten." (Handbuch der christl. Kirchengeschichte von Dr. I. N. Hortig, fortgesetzt und beendigt von Dr. J. J. Ig. Döllinger. Landshut 1828 II. Bd. II. Abth. pag. 937. sqq.

*) Imm. Kant: Religion innerhalb der Grenzen der Vernunft. Königsberg. 1793. p. 134. sqq. ed. sec. 1794. p. 158 ss. Ejusdem: Streit der Facultäten p. 49. ss. (1798). add. Flügge: Versuch einer hist. krit. Darst. des Einfl. der Kant. Philosophie. Tom. I. p. 98. ss. T. II. p. 7. ss.

J. H. Tieftrunk: Ueber die Auslegungsarten der in der hl. Schrift geoffenbarten Religionslehren. Vorr. zum II. Th. s. Censur des prot. Lehrbegriffs. 1794.

Ueber Religion als Wissenschaft, zur Bestimmung des Inhalts der Religionen und der Behandlungsart ihrer Urkunden. Neustrel. 1795. p. 127.

Ueber den prakt. Sinn der religiösen Urkunden von einem Unparteiischen. Neues theol. Journal III. p. 461. ss. Add. Ammon ibid. p. 252. s. G. S. Frankii disp. de ratione,

Philosophus ille sacrae scripturae interpretationem ad rationis purae principia practica redigendam esse praecepit, huicque principatum adseruit; grammatico-historicam autem interpretationem tamquam finem inferiorem ad assequendum superiorem respexit, ad quem litera reddenda esset spiritalis, seu idealis, si forte id, quod naturae conveniens esse soleret, offenderet. — Kantius itaque literam, quippe quae multis philosophis ejus aequalibus nimis cruda

---

qua est critica philosophia ad interp. libror. ss. Schleswig 1794. 8. et repet. im Magazin für Schullehrer. B. III. Th. 2. p. 76 ss.

C. H. L. Pölitz: Beitrag zur Kritik der Relig. Philos. und Exegese unseres Zeitalters. Leipz. 1795. 8. 263 s. 891. ss.

Ueber d. Aehnlichkeit des innern Wortes einiger neuen Mystiker mit dem moral. Worte der Kant. Schriftausleg. von D. C. F. Ammon. Gött. 1796.

J. W. Schmid über chr. Religion, deren Beschaffenheit und zweckm. Behandlg. als Volkslehre und Wissenschaft. Jena 1797. p. 420. ss.

Etwas über den Standpunkt des moral. Schriftauslegers von H. E. G. Paulus. Neues theol. Journ. VIII. (1796. Part. 8. p. 749 ss.) Ibid. Part. 7. p. 714 ss. de discrimine moralis et alleg. exegeseos exponitur.

C. W. F. Penzenkuffer: Neue Beiträge zur Erklärg. der wichtigst. bibl. Stellen, in welchem das πνεῦμα ἅγιον vorkömmt. Nbg. 1796. 8. Add. in Henkes Magazin III, 379. ss. (Missionsgeschichte des Dalai — Lama; oder Penzenkuffers neue Beiträge zur transcendental-idealistisch-symbolisch-philologisch-philosophisch-moralisch-kritisch-theologisch-talmudischen Erklärung der wichtigsten bibl. Stellen. 1798. 8.)

J. E. C. Schmidt: Ueber den Einfluss der Kant. Unterscheidg. der Geschäfte des histor. u. moral. Auslegers der Schrifterklärg. in s. Bibl. für Kritik und Exegese des n. T. I. p. 588. ss. —

videbatur, idealem reddere conatus est. Ad quod conamen sua ipsius philosophia est deductus, qua duce rationem humanam summum judicem, summam auctoritatem et certissimum criterium esse opinabatur.

Hanc interpretationis regulam qui sequatur interpres, nihilque admittat, nisi quod ratio per se ipsa intelligere ac probare possit, eum christianam ac positivam religionem pessumdare, penitus exstinguere, atque in mere rationalem transformare, plures viri cordati pariter ac docti *) demonstrarunt, inter

---

*) Cfr. Eichhorn über die Kant. Hermeneutik, Bibl. Tom. VI. p. 55. ss. Add. ib. Tom. V. p. 203. VII. 319. 1079. 741.

J. G. Rosenmülleri: Commentt. duae (VII et VIII) de fatis interpret. ss. Litt. 1793. Ejusd. Einige Bemerkungen, das Studium der Theol. betreffend. Nebst einer Abhandlung über einige Aeusserungen des Hrn. Prof. Kant, die Auslegung der Bibel betr. Erl. 1794.

Anonymi Observatio in Henke Mag. II. 623 ss. Add. ibid. Tom. V. p. 227 ss. Tom. VI. 140. — Ueber die neuerlich empfohlene moral. Ausleg. d. Bibel, mit Hinsicht auf ihren Gebrauch für den populären Religionsunterricht. Henke neues Mag. I. 377. ss.

J. A. Nösselt: Animadverss. in sensum L. L. ss. moralem. Hal. 1795.

A. C. Strauss: Diss. utrum philosophica scripturae interpretatio, quam commendavit Kantius, admitti possit in explicando N. T. — Vit. 1795.

Observationes ad moralem s. practicam L. L. ss. interpretationem. Scripsit Φιλαληθης Ἐριδαιρων. —

Car. Thameri epist. de interpret. morali. Wald. 1798.

Jac. Theoph. Wurm: Observatt. ad philosoph. Kantii de Herm. s. decretum. Tubing. 1799. Joa. Ev. Hofer: Progr. de Kantiana scripturae s. interpretatione. Salisb. 1800. 8. Al. Sandbichler op. c.

quos praecipue eminet G. C. Storr. *) —

Profecto nonne hoc interpretandi genere omnia fidei mysteria e religione christiana amoventur? Nonne simpliciter rejiciuntur, nonne verba scripturae s. ad moralem eumque improprium sensum trahuntur? Viri illi, philosophiae criticae addicti, omnino interpretari desinunt: philosophantur potius, quemadmodum ex sua ipsorum sententia scribendum fuerit. At „commentatoris officium est, non quid ipse velit, sed quid sentiat ille, quem interpretatur, exponere. Alioqui, si contraria dixerit, non tam interpres erit, quam adversarius ejus, quem nititur explanare.“ **)

Interpretes praeterea, qui in hoc principium interpretandi rationalisticum, quod vocant, jurarunt, subdoli quoque inveniuntur, quum ad evangelium, cui fidem denegant, et cui sapientia longe antecellere sibi videntur,

---

Lücke: Grundriss der neutest. Herm. zum Gebrauche für Acad. Vorles. Gött. 1818.

Vorr. p. 15. Herm. Part. II. p. 191. 213. ss.

Mich. Arneth op. c. — *J.* N. Alber: institt. herm. n. T. Tom. I.

G. Th. Ziegler (nunc Episcopus Lincensis): Oratio academica de rationalismo theologico, catholicae, evangelicae et reformatae ecclesiae pariter adversante, nonnisi unâ et vera divinitus constituta credendi regula eliminando. Vindob. 1818.

*) D. G. C. Storr: Annotationes quaedam theologicae ad philosophicam Kantii de religione doctrinam. Tub. 1793. Deutsch nebst Bemerkungen über Fichtes Kritik aller Offenbarungen. Tüb. 1794.

**) S. Hieronymus ad Pammachium.

haereticorum more nihilominus provocent, idque pro lubitu et corrumpant, et rejiciant, ita ut cum viro doctissimo, J. A. Möhler, dicamus: „Diejenigen, die das rationalistische Inter„pretationsprinzip aufstellen, würden redlicher „handeln, wenn sie, wie alte haeretische Ge„meinden, ihre eigenen Evangelien sich schrei„ben würden, d. h. ihre Schriften geradezu „als Evangelien anpriesen. So wäre alles har„monisch. Und welchen Zweck soll es auch „haben, sich auf das Evangelium zu berufen, „welches sie an Weisheit übertreffen.“ (Die Einheit in der Kirche, op. c. pag. 90.)

Quae cum ita sint, tantum abest, ut rationem humanam, tanquam lumen a Deo nobis concessum, in sacris bibliis interpretandis nullo momento dignemur, ut eam, modo sana sit et ab aeternis necessariisque veritatis principiis ducta, plurimum valere affirmemus: eam vero potissimum cognoscendae religionis christianae et interpretandae sacrae scripturae principium esse, id tantum negamus ac pernegamus, quum homo, qui in suae rationis lumine subsidium sufficiens adversus errandi periculum, quibuscunque ingenii viribus sit praeditus, et quantamcunque adhibeat operam, longe aliam, in qua adversus errores in interpretando se figere possit, ancoram habere debeat, de qua jam infra plura commemorare in animo agitamus. —

Usum rationis in religionis negotio nullo modo perhorrescimus, quum nobis regula fidei

secundaria sit. Ut nihil revelatum esse existimetur, nisi quod rationis humanae lumine cognoscatur, id quidem non concedimus; verum hac positione longe propius ad veritatem accedere nobis videmur, quam qui aliter affirmant. His omnibus concessis, non habemus, cur rationem potius, quam Deum, qui res, quae rationem humanam excedunt, patefecit, sequi debeamus. Deo, quae Dei, rationi, quae rationis sunt, tribuenda censemus, quo sane nullus melior rationis usus cogitari potest. Rationis est, principia revelationis statuere, ejusque veritatem confirmare et demonstrare. „Absit, inquit S. Augustinus, ut ideo credamus, ne rationem accipiamus, sive quaeramus, cum credere non possemus, nisi rationales animas haberemus. Ut ergo in quibusdam rebus, ad doctrinam salutarem pertinentibus, quas ratione nondum percipere valemus, sed aliquando valebimus, fides praecedat rationem, qua cor mundetur, ut magnae rationis capiat, et perferat lucem, hoc utique rationis est. Et ideo rationabiliter dictum est per prophetam: Nisi credideritis, non intelligetis. Ubi procul dubio discrevit haec duo, deditque consilium, qui prius credamus, ut id, quod credimus, intelligere valeamus. Proinde ut fides praecedat rationem, rationabiliter visum est. Si igitur rationabile est, ut ad magna quaedam, quae capi nondum possunt, fides praecedat rationem, procul dubio quantulacunque ratio, quae hoc

persuadet, etiam ipsa antecedit fidem.*) — Baco, philosophi nomine certe dignus, auctoritatem rationis frangi minime passus est: at intelligentiae divinae credendum esse omni ex parte censuit, licet reluctetur ratio, id quod hisce exprimit verbis: „Praerogativa Dei totum hominem complectitur: nec minus ad rationem, quam ad voluntatem humanam extenditur: ut homo scilicet in universum se abneget et accedat Deo.

Quare sicut legi divinae obedire tenemur, licet reluctetur voluntas: ita et verbo Dei fidem habere, licet reluctetur ratio. Etenim si ea duntaxat credamus, quae sunt rationi nostrae consentanea, rebus assentimur, non auctori: quod etiam suspectae fidei testibus praestare solemus.“ De augment. scient. Lib. IX. n. 1.

§. 13.

CONTINUATIO.

Quisque, qui Jesum non doctos, et variis scientiis imbutos, sed indoctos atque paene rudes discipulos elegisse meminerit, in libris quoque eorum interpretandis haud obliviscetur, nos in oratione, artificiose concinnata, non versari, illosque hac ex causa ad philosophorum subtilitatem non esse explicandos, sed quisque potius in animum inducet, nos libros

*) Epist. ad Consentium.

auctorum haud eruditorum in manibus habere, qui, quae docere voluerint, simplici oratione narraverint.

Ne vero tot tantisque interpretum quorundam vocibus corrumpi nos patiamur, haud levis cautio adhibenda est. Quare omni, qua fieri potest, cura duos adhuc scopulos, ne syrte majori laboremus, caveamus:

α) interpretationem, quam dicunt philosophicam, *) quae scripturae s. textu in hunc tantum finem utitur, ut Christianis sensa et placita philosophica, quae tamen nil aliud, nisi hypotheses sunt, commendet;

β) modernam voluminum sacrorum expositionem, quae auctoribus librorum ss. eorumque verbis opiniones philosophicas aut theologicas saeculi XVIII. vel XIX. supponit, de quibus ipsi nec cogitabant, nec cogitare poterant. Qua expositione fit, ut, quum systemata philosophica multa, eaque diversa sint, exegesis cum doctrina instar Protei mutetur, et labente systemate ipsa collabi videatur. Contra vera philosophia cum doctrina christiana intime

---

*) Lud. Maieri: Philosophia s. scripturae interpres. Exercitatio paradoxa, in qua veram philosophiam infallibilem ss. literas interpretandi normam esse apodictice demonstratur, et discrepantes ab hac sententia expenduntur ac refelluntur. Eleutherop. (Amstelod.) 1666. 4. tertium edita et appendice Ioac. Camerari aucta cum notis variis et praefatione Ioh. Sal. Semleri. Hal. 1776.

Euchar. Oertel: Versuch einer philos. Bibelerklärung, welcher Pauli Brief an die Römer philosophisch geprüft, übersetzt und erläutert enthält. 1793. 8.

conjuncta est, quum ratio et revelatio ab eodem auctore proficiscantur, et eodem tendant. Quo etiam fit, ut veritas, modestia, amor Dei, omniumque virtutum coetus philosophum verum sequantur, id quod ceteri philosophi, in diversis Rationalismi, Materialismi etc. castris militantes, de se praedicare nequeunt. Bene in hanc rem commemorat s. Augustinus de civit. Dei libr. 8. c. 1. „si sapientia Deus est, per quem facta sunt omnia, sicut divina autoritas veritasque monstravit, verus philosophus est amator Dei:“ et Joannes Saresberiensis de nugis curialium: „Haec est vera et immutabilis philosophantium regula, ut sic in omnibus legendis aut discendis, agendis aut omittendis quisque versetur, ut proficiat veritati et caritati. Ipsa autem nunquam inanis aut sola est, sed honestatem, modestiam cum sobrietate, pudicitiam et aliarum venerabilium virtutum coetum in ipsum hominem, quem pietati consecrat, quasi in templum Domini introducit. Quidquid aliorsum vergit in artibus, sive quibuscunque scripturis non philosophiae dogmata, sed inanes fabulae sunt, et figmenta eorum, super quorum impietatem ira Dei de coelo revelatur. Quidquid illi garriant, recte philosophanti ineptum videtur, insipidum et insulsum.

Audi non me, sed prophetam dicentem: Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.“ *)

*) Tom. XXIII. Lib. VII. cap. XI. in maxima bibliotheca Patrum. Lugduni apud Anissonios. 1677.

§. 14.
CONCLUSIO.

Genera interpretandi, a §. VIII. ad §. XIII. usque in medium a nobis prolata, rationem historicam (historischen Standpunkt), in quo exegesis justa versatur, prorsus reliquerunt, et interpretes, his generibus addicti, tantum abfuit, ut sensum auctoris exponerent, ut vel figmenta sensorum suorum, vel suae ipsorum philosophiae systema lectoribus invitis obtrudere conarentur. In quam agendi rationem Göthius contra Barthium non minus ingeniose, quam facete animadvertit: „So würde ich sprechen, wenn ich Christus, wenn ich Paulus wäre."

Literae igitur inhaerendum, ne interpretatio ad aliena deflectat, ac vaga et arbitraria fiat. Liceat, ut hoc interpretandi genus eo magis commendemus, quaedam annotare, quae mox sequuntur. Fuere multi, quod jam supra vidimus, qui literae paene nullam rationem haberent, nullaque habita ratione sacris bibliis doctrinas, omni ex parte illis ignotas, inferrent. — Quaerimus quoque ex omnibus, num rationalismus nostris temporibus suam religionis theoriam in sacris literis fundatam invenerit, si in iis interpretandis genere grammatico - historico usus fuerit? — Historico-grammatica interpretatio ea est, quae ingeniis exorbitantibus habenam adducit, ne scripturae sacrae sensum, ab ea alienum, supponant, et ad *ἀκρίβειαν* ducit, quae prohibet, ne literae

plus aut minus, quod decet, tribuatur. *) Ex hac vero animadversione et alia, haud minus consideranda, enascitur. Quum rationalistica religionis theoria, sicut alia perversa interpretandi genera, partim neglectione grammatico - historicae interpretationis, partim aliis, quae infra tractabimus, principiis nitatur: sequitur, ut grammatico - historicum interpretandi genus eo magis amplectendum sit, quo felicius deinde perversa interpretationis genera atque Rationalismus, cuique religionis societati contrarius, reprimi ac devinci possint. — Laeta spes affulsit, quum graecis romanisque scriptoribus plus studii impenderetur, et Patres saeculi IV ac V, v. g. Eusebius, Chrysostomus et cet., et latinae ecclesiae Hieronymus, Augustinus ceterique propius ad historico-grammaticam interpretationem accederent.

Nihilominus multi etiam nostris temporibus inveniuntur, qui parvam historico - grammaticae interpretationis curam agant, et omnia se fecisse opinentur, si quid christiano tantum modo dixerint. Quae quidem ratio christianae rei non perniciosa, sed, quia scientia atque doctrina caret, adversariorum vituperationi subjecta est. Quum prioribus interdum temporibus grammatica ἐξήγησις non eo, quo debebat, studio trac-

*) Plato in Gorgia recte commemorat: »Ὅστις ἂν εἰδῇ τὰ ῥήματα, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα.«

Et Plutarchus: »τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ἀκούειν ὀνομάτων, κακῶς χρῆσθαι καὶ τοῖς πράγμασι.«

taretur, haud difficile est intellectu, saepe locos biblicos cum in concionibus, tum in libris citatos esse, qui, quod demonstrandum esset, accurate non demonstrarent. — Nuperrime quoque auctor quidam, ceterum bene meritus, adtentus est factus, ut in accuratius locorum, ex sacris voluminibus citatorum, examen descenderet, eosque diligentius cribraret. *)

§. 15.

ADDENDA.

Quum grammatico - historicam interpretationem tam gravis esse momenti affirmemus, explicationem accuratiorem opus esse putamus, ne assertio nostra malam in partem trahatur. Principium interpretandi historicum nequaquam solam literam respicit, sed principii laudati potissimum est, sensum auctoris perceptum exponere, quod idem ut in scriptoribus profanis interpretandis fiat, juste requiritur.

Interpretatio igitur historico - grammatica a nobis commendatur ita, ut spiritum litera esse exprimendum minime negetur. Si quis literae soli adhaerere cogitaverit, sine ullo dubio hac obcoecatus divinae sapientiae spiritum amittet, et cum S. Paulo dici poterit: „*Τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτέινει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ.*“ **)

---

*) Vide: Theologische Quartalschrift l. c. Tüb. 1827. III. Quartalheft. pag. 532.

**) II. Corinth. 3, 6.

Litera sine spiritu idem, quod corpus sine anima. Literam sine spiritu recte intelligi posse, et ad scripturam sacram intelligendam spiritum non minus christianum, quam ad poemata intelligenda poeticum requiri, nemo erit, qui neget. *)

Evangelia cum legemus, memores sane erimus, nos non in Thucydide vel Tacito versari. Quomodo enim interpretatio grammatica et historica in philologia classica ad Graecorum et Latinorum opera egregia intelligenda non omnia praestat, sed etiam sensus aestheticus requiritur: sic in exegesi biblica sensus, pietati addictus, ad ss. literas rite intelligendas omnino est necessarius, ne interpres inutilia, vana et perniciosa sequatur. — Sacra scriptura insuper eo, quo composita est, spiritu legi debet. At nulla lingua,

---

*) „Wer nicht im Geiste unserer Evangelien exegesirt, sondern bloss am Buchstaben nagt, der lauft Gefahr, den heiligen Schriftstellern etwas zu unterschieben, woran sie nicht dachten.“ Dr. Gratz: Kritisch-historischer Commentar über das Evangelium des Matthaeus. Tüb. 1821. Tom. I. p. 422.

„Jedes Buch soll sowohl in Bezug auf das Ganze, als die einzelnen Theile seines Inhalts in dem Sinne und Geiste aufgefasst und gedeutet werden, in welchem dasselbe verfasst worden ist. Wesswegen religiöse Bücher, folglich alle Bücher des alten und neuen Bundes, nur vom Gesichtspunkte der Religion aus betrachtet, und nur im religiösen Geiste gedeutet werden sollen.“ — Nachtrag zu P. B. Zimmers kurzgefasster Biographie, oder desselben Theologie und Philosophie etc. von Jos. Widmer. Ury. 1823. p. 127. Cfr. Thomas à Kempis: de imitatione Christi. Lib. I. cap. 5.

quamvis copiosa, vitam animi intimam ac cogitationes tenerrimas plane exprimendo par est, et descriptio (Darstellung) perfectissima et pulcherrima nil, nisi umbra cogitationis esse potest. Constat, unum eundemque scriptorem a duobus aeque doctis ac eruditis viris varia tamen cum fortuna verti atque exponi posse; quin imo interdum interpretem, minori doctrina excultum, majori uti felicitate, id quod inde patet, quod interpretatio perfecta saepe non modo in notitia ac dijudicatione rei, scriptoris enuntiationibus cuique erudito viro datae, sed simul totius spiritalis characteris indole, vel a natura concessa, vel studio comparata, posita sit. Dixeris in sacra scriptura interpretanda cum s. Paulo: „*Εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ.*“ *)

Conditio, sine qua prosper studii biblici successus esse nequit, sunt animus atque mores,

---

*) Ep. ad Rom. 8, 9.

Der Sinnforscher, nicht zufrieden, den Sinn einzelner Stellen gefunden zu haben, sucht immer tiefer in den Sinn des Buches, in den Geist des Ganzen einzudringen. Der Geist des Buches ist der besste Schlüssel zum Aufschliessen des Sinnes einzelner Stellen. Aber er ist schwer zu erfassen, sehr schwer; denn man muss Johannes seyn, um Johannes ganz zu verstehen; man muss eine treue Kopie des Originals seyn, um den Geist des Originals ganz zu fühlen. Das heisst: wenn dein Herz so innig an Jesus hängt, wie Johannes, so wird dir das Wort, das Johannes aus seinem Herzen von seinem Jesus schreibt, nicht mehr so dunkel seyn, wie es dem kalten, von Jesus entfernten Herzen war.“ Sailers Vernunftlehre III. B. pag. 65. Sulzbach 1830.

divinae veritati et sanctitati respondentes, quum is, cujus oculi caligant, vix unquam recte videre possit. *Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ, κ. τ. λ.*" *) — „Errat, quisquis putat, veritatem se posse cognoscere, cum adhuc nequiter vivat. **)

Ad spiritum ss. paginarum recte percipiendum peculiare quoddam subsidium interpreti, catholicae ecclesiae addicto, offertur: quod subsidium peculiare est universalis (catholica) ecclesiae vita, et universalis ecclesiae confessio. Quae cum ita sint, profecto unusquisque interpres vel maximi sua referre putabit, ut certior fiat, utrum communes et generales tantum interpretandi leges ad exponendas sacras paginas adferre liceat, an aliae quoque leges peculiares magni momenti, et interpretationi reliquorum antiquitatis librorum plane alienae, observandae sint. — Profecto etiam aliae leges observandae sunt, omnique studio ac cura agendum est, ut, quum ipsa interpretatione historico - grammatica errores quam maximi in usu et adplicatione, quod experientia testatur, evitari non possint,

---

**) I. Ep. ad Cor. 2, 14.

*) S. August. de agone christ. 13.

universalis ecclesiae et vita, et confessio (analogia fidei et ecclesiae magisterium), quae in sequenti dissertationis nostrae sectione paucis expedire conabimur, observentur et normae directrices habeantur.

SECTIO POSTERIOR.

Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἐστέ· καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς. Joan. 8, 31. 32.

DE LEGIBUS, QUAE IN LITERIS SACRIS INTERPRETANDIS SPECIALITER OBSERVANDAE SUNT.

§. 16.

Ne vero rebus nostris a quaestione proposita aliena immisceamus, nil amplius dicendum putamus de eximia reverentia ac pietate, quibus libri ss. amplectendi ac prosequendi, aut qua ratione tractanda sint ea, quae literae ss. nos erudiunt: haec omnia cum negotio nostro, ubi unice de eruendo sensu literali sermo est, nil commune habent.

Generalia hermeneutices praecepta in scriptore quocunque interpretando observanda non excludunt regulas quasdam peculiares, quae in paginis ss. interpretandis, divinitus inspiratis, tanquam normae directrices respiciendae sunt.

Historia institutionis et propagationis religionis christianae subsidium ad paginas ss. recte interpretandas peculiare offert, quod non aliud est, nisi vita et fides ecclesiae universalis, quae „analogia fidei“ vocari solent. Religio christiana, historiâ nixa, factum est historia et testimoniis certum. Si interpretatio, id quod regulae hermeneutices sibi poscunt, grammatica et historica sit oportet, ex axiomate laudato sua sponte sequitur, historiam in literis ss. exponendis in subsidium esse vocandam, inprimis quum ea esset, quae verbo scripto antecederet, idque semper comitaretur. Imo sane analogia fidei ceu subsidium exegeseos primarium in rei natura sita est adeo, ut omnes omnium temporum interpretes, tam ii, qui se eam respuere simulabant, quam qui agnoscebant, ea ducerentur.

§. 17.

ANALOGIA FIDEI.

EXPLANATIO HUJUS SUBSIDII EXEGETICI.

Interpretatio cujuscunque scriptoris, qui in docendo versatur, proficiscitur ex systemate, quod adhibita diligentia, et indagatione aequa et extra partes posita, scriptori inesse putatur. Auctorem ex suo ipsius systemate interpretari juste conamur: in interpretando proprie non quaeritur, quid verum sit: aliunde id constat, aliunde venire intelligentia debet. In interpretatione nihil aliud quaeritur, nisi quid dictum sit, non quale sit, aut quam vere dictum sit.

Eodem modo interpretatio codicis s. cum summa doctrinae christianae intime conjuncta est, ita ut hac remota interpretatio justa neque cogitari, neque, si quis, quo cohaerent, nexum dissolvere voluerit, errores ullo modo vitari possint.

Quinimo veteres interpretes, confessioni lutheranae addicti, in scriptura s. interpretanda ad analogiam fidei animum adjecerunt, recentiores vero hoc doctrinae christianae cognoscendae principium rejecerunt statuentes, summam doctrinae christianae ex simplici, extra partes posito, certo et explorato conspectu dictorum Jesu ejusque apostolorum esse repetendam, et hanc doctrinae christianae positionem primo id tantum, quod et inter se, et cum omnibus, quae certa veraque sint, perfectissime concordet, poscere sibi oportere. In hanc summae doctrinae christianae positionem, quam defendit, observat F. H. Germarus: *) „Dann aber darf sie (die Grundhypothese = Feststellung des christlichen Lehrbegriffs) auch nicht vergessen, dass sie ursprünglich dennoch nichts weiter, als eine Hypothese ist, dass sie folglich, wenn auch im Wesentlichen nicht falsch, dennoch vieler Bestätigungen, Berichtigungen und Vervollständigungen bedürfe, um sich dadurch immer mehr dem Range reiner Wahrheit anzunähern. So erhält sie ihr Licht aus der

*) Die panharmonische Interpretation der heiligen Schrift. Schleswig. 1821. p. 323. sqq.

Schrift und Vernunft, und verbreitet wiederum das empfangene Licht über die Schrift, indem sie die schwierigen Stellen erhellt, und zur Aufdeckung ihres Gedankeninhalts gleichsam den Schlüssel darreicht.“ —

Hanc rationem doctrinae christianae summam ponendi, quam rationem in scriptura s. interpretanda adhibendam esse arbitratur, claudicare, ex assertione elucet, hanc summae doctrinae chr. positionem, quae in orbem praeterea redit, a cujuscunque ingenio et animo esse repetendam; unde fit, ut ex diversitate, quam in hominum ingeniis deprehendimus, doctrinae quoque diversitas enascatur. Quare non est, quod miremur, teste historia aliam sectam aliam doctrinae summam ex s. scriptura sibi sumsisse, et interpretationem vario finxisse modo.

At juxta fidei catholicae systema res longe aliter se habet. Is, qui ecclesiae catholicae addictus est, summam doctrinae primariam (Grundlehrbegriff), quippe quae ipsi data, et jam ab institutione religionis christianae viva voce tradita, nec non factis et historia nixa sit, ex s. scriptura non haurit. Interpres igitur catholicus in interpretatione ab hypothesi, id quod petit Germarus, non exorditur, sed a factis historia certis et veris. Hoc fundamentum, quod factis et historia nititur, fidei analogia vocari solet, quippe quae, quum sit vivum et manifestum verbum, veritates in factis positas exponat, et in doctrinis cognoscendis et ante ocu-

los quasi ponendis versetur, ideoque nulla indigeat explicatione. — Religio christiana vitam a divina institutione in hominibus duxit, ex vita igitur quaerendum est, quomodo regnaverit.

§. 18.

Regula igitur specialis, ad quam velut ad lydium lapidem omnis sacrae scripturae interpretatio dirigi et dijudicari debet, est analogia fidei, mutuus doctrinarum tum sacris literis tum viva voce traditarum consensus. Quum omnis librorum ss. doctrina a Deo originem ducat, unumque totum constituat, inter ejus partes mutuus consensus adsit, necesse est. Textus, qui cum veritatibus alibi claris pugnare videantur, ita exponas, ut cum his consentiant.

Interpres itaque non solum, quam significationem quodvis verbum grammatices vi habeat, quae sit genuina lectio et sic porro, indaget, sed etiam doctrinas fundamentales, et in sacra scriptura clare contentas, et traditas agnoscat, oportet, quarum notitia eum ducat, nec minus dirigat, ne singulis locis sensum doctrinis alibi contentis repugnantem inferat. Quod attinet ad locos vel difficiliores, vel ambiguos, interpretationem non minus ad principia jam nominata revocet. Revera interpretis plurimum interesse debet, ut, quum praecipua codicis sacri argumenta normae loco habenda sint, ad quas fides moresque exigantur, viam, quam in sacris paginis interpretandis felicissime ingredia-

tur, et in qua erroris scopulos evitare possit, probe cognitam habeat.

§. 19.

In sacris literis interpretandis servanda est Analogia fidei publicae ac perpetuae. Sed insistamus paullo, ut profundius eruamus, qua ex causa analogia fidei, quae nihil aliud est, nisi traditio apostolica (universalis et constans ecclesiae christianae doctrina, ex ss. apostolorum praedicatione oriunda — „quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est“ *) merito tanquam norma directrix in sacra scriptura interpretanda consideretur. — Non potest dubitari, quin in beneficiis numerandum sit, in perscrutatione doctrinali certas quasdam veritates tanquam normam directricem habere, quibus, objective veris, quidquid illis contrarium, ideoque omnis error facile cognosci ac removeri possit. Nonne viri acuti et docti, nonne philosophi, ingenii felicitate ac judicio praediti, in veritatibus perscrutandis aliarum quoque veritatum, certe cognitarum, rationem habent?

Catholicismus, tantum abest, ut doctrinam christianam tanquam rem, perscrutatione doctrinali acquisitam, intueatur, ut Jesu Christi

*) S. Vincentii Lirin. Commonitorium. cap. 3. Edit. nova. Ingolstadii. 1823.

Cfr. quoque Tertull. de praescriptione haeret. p. 232. sqq. Edit. Rigaltii. —

doctrinam, omnibus numeris absolutam, quae a primis inde temporibus ore tradita, et deinceps literis consignata est, in ecclesia integram fuisse conservatam, optimo jure credat. Traditio, quae veritates viva voce proditas complectitur, prima fidei regula fuit, quum Christum viva voce docuisse, et apostolos suos praedicare, non vero scribere jussisse sciamus. Quo factum est, ut ecclesia multo ante vigeret, quam auctores ss. doctrinas et res Christi gestas literis mandarent: ceteri apostoli omnia, quae Christus fecit et docuit, scripto non prodiderunt (Joan. 21, 25), qua ex causa codex s. n. F. totam religionis christianae doctrinam nequaquam continet, ita ut origo et natura codicis s. nobis persuadeat, traditionem fidei esse regulam. — Quae quum traditio, alter revelationis fons, certissima sit, veramque Jesu Christi et apostolorum doctrinam contineat, atque doceat, interpres omni jure meritoque absolute veram doctrinam tanquam normam directricem in sacrae scripturae locis obscurioribus et ambiguis agnoscit, omnemque suam ipsius interpretationem ad analogiam hujus doctrinae et fidei publicae atque perpetuae dijudicat.

Nonne etiam analogia juris datur, pro qua obscuriores leges ex claris certisque jurisprudentiae principiis explicentur? Quid igitur sit, cur adversarii objiciant, nos Catholicos sacrae scripturae traditionem praeferre, non intelligimus, quum interpres, catholicae ecclesiae addictus, ipsa sana ratione dictante obscuriores

sacrae scripturae locos face traditionis praelucente interpretetur, et traditionem et scripturam nec sibi coordinatas, nec subordinatas, sed intime sibi conjunctas affirmet. Omnino sacra volumina maximi sunt pretii, principium vero unicum totius religionis christianae certo cognoscendae haud constituunt. *)

Consulta quoque historia ecclesiastica invenies, traditionem prima jam ecclesiae aetate tum ad lites dirimendas, tum ad genuinam certamque Jesu Christi et apostolorum doctrinam eruendam atque cognoscendam interrogatam fuisse, atque Patres, quoties de genuino scripturae s. sensu disputatum fuerit, ad traditionem veluti ad summam auctoritatem ac credendi regulam provocasse, ita ut, cujus interpretatio doctrinae, fidei et disciplinae in ecclesia catholica traditae reluctaretur, haereticus haberetur. Tribus primis saeculis omnes fere haereses

*) Der Katholicismus ehrt die Schrift allerdings als ein heiliges Dokument, das die lebendig erhaltene Glaubenslehre bestätiget und im bleibenden Buchstaben erhält. Er erkennt eine doppelte Erkenntnissquelle der christlichen Lehre, und schätzt beide mit gleicher Hochachtung; glaubt aber diese nicht zu verletzen, wenn er den strittig gemachten Sinn des Buchstabens durch die Praxis zu bestimmen sucht. Bloss aus Mangel des richtigen Standpunktes entstand der Vorwurf, dass die katholische Kirche die Tradition über die Schrift erhebe. Wer macht wohl dem Rechtsgelehrten den Vorwurf, dass er die Praxis über den Buchstaben des Gesetzes erhebe, wenn er den dunkeln Buchstaben durch jene zu erklären sucht? Dr. Gratz: Der Apologet des Katholicismus. Eine Zeitschrift zur Berichtigung mannigfaltiger Entstellungen des Katholicismus; für Freunde der Bruderliebe und Wahrheit. Mainz. 1820. I. Heft. p. 44.

traditione sola profligatae sunt. Irenaeus lib. III. advers. haeres. ait: „Si apostoli scripturas non reliquissent nobis, nonne oportebat, sequi ordinem traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebant ecclesias? — Haeretici cum ex scriptura arguuntur, in accusationem convertuntur ipsarum scripturarum, quasi non recte habeant, neque sint ex auctoritate, et quia varie sint dictae, et quia non possit ex his inveniri veritas ab his, qui nesciant traditionem. Cum autem ad eam iterum traditionem, quae est ab apostolis, quae per successiones presbyterorum in ecclesiis custoditur, provocamus eos, adversantur traditioni, dicentes, se, non solum presbyteris, sed etiam apostolis existentes sapientiores, sinceram invenisse veritatem. Evenit itaque, neque scripturis jam, nec traditioni consentire eos.“

Huic principio servandae analogiae quid opponi possit, non videmus, praesertim quum in quovis etiam alio libro profano observetur, et similiter singuli loci ambigui et obscuri ex ideis praecipuis, in libro, quicunque sit, occurrentibus, intelligantur. Traditio facem praefert, ut interpretes codicis s. sensum genuinum percipiant: traditio literae inanimae vitam inspirat. *)

*) „Zur Erklärung eines jeden alten menschlichen Buches wird das Alterthum studiert, und gleichzeitige oder spätere Schriftsteller müssen Licht in die dunkeln Stellen bringen; warum will man sich nicht auf eine gleiche Art bei jenem alten, göttlichen Buche behelfen? Bei göttlichen Aussprü-

Quaelibet igitur sacrae scripturae interpretatio, apostolicae traditioni, cujus auctoritatem ipse Lessingius *) agnoscebat, contraria, ad irritum cadit.

Quae quum ita sint, interpres, catholicae ecclesiae addictus, hanc παράδοσιν τῆς ἀληθείας summa, qua par est, reverentia amplectitur **), ne a veritatis divinae via aberret. ***)

Et quid est, quod nos impediat, quominus analogia fidei, illa congruentia veritatum religionis, in sacris literis aeque, ac traditione evidenter expositarum, tanquam norma directrice utamur? Sole clarius elucet, omnem scripturae sacrae interpretationem, quae ad fidei publicae ac perpetuae analogiam facta non sit, evanescere, erroneam et arbitrariam reddi, id quod vel e Protestantium partibus nonnulli plus minusve intelligunt. „Quam (institutionem apo-

---

chen darf man sich mit seiner subjectiven Deutung nicht begnügen; willkommen muss da jedem das Alterthum seyn, weil es nach den Vorschriften und Anordnungen der Apostel geformt, und in seinen Ueberlieferungen ein [sprechender Commentar dessen ist, was der todte hl. Buchstabe in sich fasset.“ Dr. Fr. Brenner: Freie Darstellung der Theologie in der Idee des Himmelreichs. Bamberg u. Würzburg. 1815. I. B. p. 26. Cfr. quoque J. M. Sailer — Grundlehren der Religion. München, 1814. p. 475. sq.

*) Theologischer Nachlass. Berlin. 1793. p. 47. sq.

**) I. Cor. 11, 2. I. Thess. 2, 13. II. Thess. 2, 15.

***) Cfr. Irenaeus contra haeres. Lib. 3. c. 4. Lib. 4. c. 26. c. 20. c. 63.
Origines Tract. 29. in Matth.
Clemens Alex. Lib. 7. Stromatum.
Hieronymus. Ep. ad Evagrium. Ep. ad Paulinum.
Augustinus: doctrina chr. Lib. 3. c. 2.

stolicam) quo magis tenemus, eo propius accedimus ad ipsam apostolorum et scriptorum N. T. mentem, eidemque quo magis repugnamus, eo longius aberrabimus a scriptorum primaevorum ingenio et sensu." *) Traditio et explicat et integrat scripturam: viva haec in ecclesia Christi vox literae mortuae spiritum inflat, ita ut, si in codice s. interpretando eam neglexeris, finem exoptatum nunquam assequi possis. Qua re, ut jam supra memoravimus, plures, qui a Protestantium stant partibus, propriis cauti facti periculis, et ecclesiae antiquissimae agendi ratione edocti, conjunctionem traditionis cum scriptura s. necessariam probe intellexerunt, quo factum est, ut in codice sacro exponendo tum ecclesiae doctrinam, tum Patrum testimonia in auxilium vocarent. Quibus praeter alios assentiunt: Münscherus **), Horstius ***), Marheinekius ****), Thereminius *****), Delbrueckus ******) et Köppenius *******). — Omnia perversa interpretandi genera ex institutione apostolica repudiata exorta sunt, quare regula,

*) H. L. Haubner, Prof. Wittenberg: Miraculorum ab Evangg. narrator. interpretatio grammatico-historica. 1807. p. 22, Cfr. quoque: Ziel und Ende relig. Controversen. Aus dem Engl. des Bischofs und apostol. Vicars Dr. Joh. Milner. übersetzt von Mor. Lieber. Frankfurt a. M. 1828. p. 115. sqq.

**) Handbuch der christl. Dogmengeschichte. Erst. B. Marburg. 1802.

***) Mysteriosophie.

****) Lehrbuch des christl. Glaubens und Lebens. Berlin. 1823.

*****) Die Lehre vom göttlichen Reiche. Berlin. 1823.

******) Philipp Melanchton, der Glaubenslehrer. Bonn. 1826.

*******) Philosophie des Christenthums. Leipzig. 1813.

secundum quam s. scripturae interpretatio cum traditione concordare debet, semper in ecclesia est agnita, semperque ab omnibus est agnoscenda. De qua audiamus Vincentium Lirinensem op. c. Cap. I. — VI., inter alia disserentem: „Duplici modo fidem suam quisque munire debet, primo scilicet divinae legis auctoritate, tum deinde ecclesiae catholicae traditione, in qua magnopere curandum est, ut id teneamus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est, operamque dare necesse est, ut collatae inter se majorum consulantur sententiae, et quidquid non unus aut duo tantum, sed omnes pariter uno eodemque consensu aperte, frequenter, perseveranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognoscuntur, id absque ulla dubitatione credendum intelligatur. Quid opus est, ut ei (scripturae) ecclesiasticae intelligentiae jungatur auctoritas? Quia videlicet scripturam sacram pro ipsa sua altitudine non uno eodemque sensu universi accipiunt, sed ejusdem eloquia aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur."

§. 20.

MAGISTERIUM ECCLESIAE.

Quum innumeri Christiani iis animi dotibus atque scientiis praediti non sint, nec esse queant, ut propriis viribus in literis sacris legendis veram ac certam religionis notitiam sibimet ipsis acquirere possint, quum ars critica et exegetica ad genuinum verumque sacrorum biblio-

rum sensum eruendum requiratur, plurimaeque difficultates superandae sint, et quum interpretes, literis quamvis maxime exculti, sacras literas uno eodemque modo persaepe non intelligant: aliud insuper momentum et elementum adsit oportet, quo verus scripturae sensus in rebus fidei morumque cognoscatur, indicetur et conservetur. Christus doctrinam suam omni creaturae (Matth. 28, 18) apostolos praedicare jussit, et, ut omnes, qui in eum crederent, coirent in societatem, quam regerent antistites (Ephes. 4, 11.), voluit. Religio christiana, hoc modo corpore quasi induta, hominibus propria facta est. Unde venit, ut amplius non esset, qui interrogaret, quid hic vel ille crederet, sed exploraret tantum, quid societas (ecclesia) crederet. Antistites munere patrum, liberos suos docentium, fungebantur, et doctrinae sartae tectaeque conservandae operam navabant: quo recte ut fungerentur, Jesus et suam ipsius et spiritus s. adsistentiam eis promisit. (Matth. 28. Joan. 14, 16. 15. 26. — 16, 13. Luc. 24, 49.) Ecce originem magisterii ecclesiae!

Quare interea factum est, ut is, qui literis parum excultus erat, non haberet, cur ad perscrutationes, poscentes sibi doctrinam et scientiam, incumberet, quarum auxilio, quae homini christiano credenda essent, acquireret, et cognosceret: ecclesiae ejusque praesulibus credidit, doctrinae christianae ipsius constituendae haud amplius studiosus. Res quum ita se haberet, omni doctrina, quinimo legendi facultate, carere

quisque poterat: imo sane populus christianus, si doctrina Christi ex libris ei cognoscenda fuisset, eam accipere et amplecti nullo modo potuisset.

Huc quoque accedit, quod societas christiana per magisterium ὄργανον acceperit, (quod quaelibet societas, quae constare voluerit, habeat necesse est), cujus auxilio id, quod animo sentiret, aperte dicere poterat. Qui de ecclesia aliqua christiana loquitur, de organo quoque ejus loquatur necesse est. Alioquin evenit, quod vir quidam doctus ex Protestantium numero dicit: „Man spricht von einer evangelischen Kirche, und wenn man frägt: wo ist sie? — so hat man keine Antwort.“

Quum itaque elementum ecclesiasticum ceu principium fidei christianae cognoscendae historicum sit agnoscendum, in rei natura situm est, interpreti rationem illius habendam, et antistites ecclesiae christianae qua testes esse interrogandos, quid in ecclesiis jam a primordiis creditum fuerit.

Et jam natura ipsa hominem, ad opiniones et judicia emendanda et stabilienda ceteros adire homines jubet, quo sane fit, ut, si opiniones nec non judicia et in aliis invenerimus, certitudo quaedam enascatur. Ecce rei ecclesiasticae analogiam! —

Eodem modo nonnisi ex omnibus christianis, i. e. ex ecclesia, quisque fidei certitudinem accipit, quia doctrina completa, sarta et tecta

et fides vera nonnisi ab ecclesia conservatur, atque conservari potest. Ecclesia igitur omnes Christianos veram docet fidem, quam in singulis mirum in modum accendit et confirmat.

— — — Nicht allein genug ist sich
Das Herz; ein irdisch Pfand bedarf der Glaube,
Das hohe Himmlische sich zuzueignen.
Drum ward der Gott zum Menschen, und verschloss
Die unsichtbaren himmlischen Geschenke
Geheimnissvoll in einem sichtbar'n Leib.
— Die Kirche ist's, die heilige, die hohe,
Die zu dem Himmel uns die Leiter baut;
Die allgemeine, die kathol'sche heisst sie;
Denn nur der Glaube Aller stärkt den Glauben,
Wo Tausende anbeten und verehren,
Da wird die Glut zur Flamme, und beflügelt
Schwingt sich der Geist in alle Himmel auf. *)

Momentum igitur et elementum, quod in bibliis ss. interpretandis norma directrix habendum est, praeter traditionem apostolicam aliud non est, nisi magisterium ecclesiae publicum et perpetuum. „Quoniam sancta scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit, hujus obscuritate quaestionis, eandem ecclesiam de illa consulat, quam sine ulla ambiguitate sancta scriptura demonstrat. **)

Litera, quae ejus est natura, vario et diverso modo accipi potest: quam vero ut recte cognoscas, et, quae a principio sonuerit, audias, ad fontem historicum recurrendum tibi

*) Schillers sämmtliche Werke. Vollständige Ausgabe in Einem Bande. München, Stuttgard, Tübingen. 1830. M. Stuart. pag. 453.

**) S. Augustinus contra Crescon. Lib. I. c. 33.

erit, propterea quod doctrina christiana non speculatione, imo vero facto, historia certo, nititur. Ceterum priusquam litera esset, spiritus vigebat: qua ex causa qui spiritum possidet vivificantem, et literam cognoscet. Idem vero spiritus, qui apostolos impleverat, et ecclesiam implet, et implebit. „*Ὁ δὲ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα, ἃ εἶπον ὑμῖν.*“ *) Verbis quoque utamur Tertulliani scorp. c. 13: „Quis nunc medullas scripturarum magis noscet, quam ipsa Christi schola? Quos et sibi discipulos adoptavit, omnia utique edocendos, et nobis magistros adornavit, omnia utique edocendos.“ Ut paucis dicamus: elementum ecclesiasticum si a s. scriptura perscrutanda removetur, doctrina quoque christiana ex illegitime arrepta facultate proprio Marte interpretandi depravatur, id quod et Apologeta catholicus pulcherrime demonstrat: „Sobald man von der Erforschung der Bibel das kirchliche Element entfernt, so wird das Christenthum unsichern, schwankenden Forschungen hingegeben, und man hat nirgends einen festen Haltungspunkt. Christus wandert dann durch tausend Köpfe, und jeder Kopf gestaltet ihn anders; er wird dem Wechsel der Zeiten und oft den Träumen eines frivolen Zeitgeistes preis gegeben; er wird zum Wetterhahn auf der Kirche gemacht; und die Erscheinung

*) Joan. 14, 26.

gibt sich von sich selbst, dass die theol. Zeitschriften (nach dem Ausdrucke eines witzigen Schriftstellers) buntscheckigten Putz- und Stickmuster- oder Modejournalen ähnlich sehen. — Welchen unendlichen Nahrungsstoff aber die Erforschung der Bibel der menschlichen Leidenschaft gibt, wenn man von ihrer Erforschung das kirchliche Element trennt, darüber liefert uns die Geschichte leider die traurigsten Beispiele in Menge. Von je wurden die abentheuerlichsten Dinge aus der Bibel herausgelesen, und jeder fand selbst seine Leidenschaft in der Bibel gerechtfertiget; daher auch die Meinungen um so mehr mit aller Anmassung und Hartnäckigkeit vertheidiget wurden. Und so wurde das göttliche Buch, welches gegeben ist, uns in der Finsterniss die Fackel vorauszutragen, oft zur Mordbrandfackel herabgewürdiget; so wurde das heilige Buch, das uns zur Belehrung gegeben ist, ein Zankapfel, bei dem man einander die Augen ausschlug; so wurde die Bibel, die uns zur Demuth und zum Glauben führen sollte, bloss dazu benützt, eitle Neugierde und den Unglauben zu nähren. Und eben weil die Leidenschaft erkannte, dass ihr das kirchliche Element das grösste Hinderniss setzte, so ging das Bemühen um so mehr dahin, solches zu zerstören. Man predigte selbstständiges Bibelforschen, und nur das, was man selbst als Wahrheit gefunden hatte, sollte als Wahrheit gelten. Das Unstatthafte dieses Grundsatzes muss jedem

einleuchten, wer bloss bürgerlichen Sinn für geschriebene Gesetze hat." *)

Quinimo novissime Protestantes, e quibus Thereminius, in s. scriptura interpretanda momentum ecclesiasticum, quo dubia innumeraque in religionis negotio pericula, atque separationes perversae removeantur, bene agnoverunt necessarium: „Das philosophische und mystische Streben (bei Erforschung der heil. Schrift) ist grossen Verirrungen ausgesetzt. (§. 8. et 10 sq.) Indem die Vernunft sich mit den göttlichen Wahrheiten beschäftigt, geschieht es wohl, dass sie, verleitet durch das erwachte Gefühl ihrer Kraft und durch Uebermuth, sich nicht bloss als Mittel der Erkenntniss, sondern auch als Quelle derselben betrachtet, alles verwirft, was nicht aus ihr selbst kommt, und feindselig der Offenbarung entgegen tritt. — Von der andern Seite ist es aber auch möglich, dass das Gefühl, wenn es durch die göttlichen Wahrheiten aufgeregt ist, sich mit einseitigem Enthusiasmus auf eine einzelne unter ihnen werfe, sie verhältnissmässig ausbilde und aus dem Zusammenhange reisse. So steht der unchristliche Philosoph diesseits, der schwärmende Mystiker jenseits der einzigen wahren Linie, welche die Offenbarung gezogen hat. — Zur Verhütung dieser doppelten Gefahr gibt es kein anderes Mittel, als ein festes Anschliessen an dasjenige, was

*) Der Apologet des Katholicismus von Dr. Gratz etc. op. c. 8tes Heft. pag. 4. sq.

von den ältesten Zeiten des Christenthums herab als göttliche Wahrheit ist anerkannt worden, oder das kirchliche Element."

„Was wird die Vernunft zurückhalten, wenn sie, anstatt durch ihre Untersuchungen dem Glauben zu dienen, die Offenbarung bestreitet, und sich allein mit Unterdrückung des Glaubens behaupten will? Was wird das Gemüth von seinen Verirrungen zurückrufen, wenn es meint, vom Geiste erleuchtet zu seyn, und nur seinen eigenen dunkeln Phantasien folgt? — Die evangelische Kirche ist völlig rathlos in diesen beiden Rücksichten." *)

Nullo itaque modo interpreti catholico in mentem unquam veniet, sacram scripturam ad sensum quendam detorquere, qui contrarius sit doctrinae, quam ecclesia catholica, in qua Jesu Christi doctrina, aeterna et absoluta veritas, sarta tectaque conservatur, et in qua Jesus, divinus religionis nostrae fundator, perenne magisterium instituit, sed fidem suam potius divinae legis et ecclesiasticae intelligentiae auctoritate muniet, ut unitas fidei, quae vinculum societatis est, efficiatur et conservetur. — „*Ἀλλ' ὡς ἀψευδεῖν χρὴ τὸν ἐπιεικῆ, καὶ μηδὲν ὧν ὑπέσχηται ἀκυροῦν, κἂν ἄλλοι τινὲς παραβαίνωσι συνθήκας · οὕτως καὶ ἡμᾶς κατὰ μηδένα τρόπον τὸν Ἐκκλησιαστικὸν παραβαίνειν προσήκει κανόνα · καὶ*

*) Theremin: Lehre vom göttlichen Reiche. Berlin. 1823. pag. 106. sqq. et pag. 115.

*μάλιστα τὴν τῶν μεγίστων ὁμολογίαν ἡμεῖς μὲν φυλάττομεν, οἱ δὲ, παραβαίνουσι· πιστευτέον οὖν τοῖς βεβαίως ἐχομένοις τῆς ἀληθείας.“**) — *Διάπερ τοῖς πειθομένοις μὴ ἀνθρώπων εἶναι συγγράμματα τὰς ἱερὰς βίβλους, ἀλλ' ἐξ ἐπινοίας τοῦ ἁγίου πνεύματος βουλήματι τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ταύτας ἀναγεγράφθαι, καὶ εἰς ἡμᾶς ἐληλυθέναι, τὰς φαινομένας ὁδοὺς ὑποδεικτέον· ἐχομένοις τοῦ κανόνος τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ διαδοχὴν τῶν ἀποστόλων οὐρανίου ἐκκλησίας.* Orig. de princip. lib. 4. c. 9. Parisiis 1733.

§. 21.

JUDICIUM ECCLESIAE.

Primarium antistitum ecclesiae officium est, ut, quae doctrina in ecclesia omni tempore viguerit, testentur: iidem vero quandoquidem judicum munere funguntur, quia saepius accidit, ut novae quaedam doctrinae, in ecclesia inauditae, et a religione christiana alienissimae, in medium proferantur. Hic fiat necesse est, ut in solo testimonio, hasce doctrinas in ecclesia nunquam esse creditas, non acquiescatur, sed eae, utpote religioni christianae alienae, rejiciantur. Ut paucis absolvatur: judiciis opus est, quae, quum e religionis christianae spiritu proficiscantur, doctrinis humanis, proprio Marte inventis, majora agnoscenda, et ab interprete catholico pro norma directrice habenda sunt, i. e. interpres biblia ss. modo his judiciis

*) Clementis Alex. opera. Lib. 7. Strom. p. 753. Lutetiae 1629.

contrario neque interpretabitur, neque doctrinas, a religione christiana alienas, in iis reperiet.

Quae quum ita sint, factum est, ut, ne ad hypotheses noviter excogitatas, et ad opiniones praeconceptas codex sacer detorqueretur, atque spurius, perversus ac arbitrarius sensus sacrae scripturae inferretur, (quid, quaeso, effectum iri putemus, si alius alio modo sacras paginas interpretari vellet?) Synodus Tridentina Sess. IV. in decreto de edit. et usu librorum ss. declararet: „Praeterea ad coërcenda petulantia ingenia decernit, ut nemo suae prudentiae innixus, in rebus fidei et morum ad aedificationem doctrinae christianae pertinentium, sacram scripturam ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit, et tenet sancta mater ecclesia, cujus est judicare de vero sensu, et interpretatione scripturarum sacrarum; aut etiam contra unanimem consensum Patrum, ipsam scripturam sacram interpretari audeat, etiamsi hujusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendae forent. Qui contravenerint, per Ordinarios declarentur, et poenis a jure statutis puniantnr."

§. 22.

Omnia jam nos attulisse existimantes, quae in quaestione proposita votis satisfacere videantur, de decreto tamen praedicto, quo nobis Catholicis obicem insuperabilem, qui nos impediat, quominus marte secundo in studio biblico proficiamus, positum esse, Protestantes non

raro opinantur *), pauca quaedam, ne dissertationem nostram ultra limites praescriptos extendamus, commemorare in animo est.

Concilium Tridentinum non tam interpretationis normam, quam canonem disciplinarem statuere intendebat, (quod verba „qui contravenerint, per Ordinarios declarentur, et poenis a jure statutis puniantur" — indicant) quo obviam iret petulantiae. Qui justas verasque interpretandi regulas sequi conantur, eos non restringit; nonnisi perniciosa interpretum licentia, suo ipsorum ingenio de sacrae scripturae sensu judicandi, ut fas est, coërcetur. Cavere errorem non est tollere libertatem (veram, puta, ac sanam), quae in eo potissimum posita est, ut modeste in sacris literis interpretandis omnium virium contentione versetur, sequens Origenis, Hieronymi, aliorumque exempla.

Non igitur est, quod metuat interpres, ut, quum auctoritate contineatur ecclesiae, facultas artis hermeneuticae exercendae sibi remaneat. In concilii decreto de rebus tantum fidei morumque et quidem omni jure meritoque agitur, eo quod ecclesiae catholicae, nec minus cujuslibet societatis ecclesiasticae, maximi intersit oportet, ne quem scripturae sacrae locum modo

---

*) Vid. Fr. Lücke: Grundriss der neutest. Hermeneutik und ihrer Geschichte. p. 54. sq. Göttingen. 1817.

Marheineke: System des Katholicismus in seiner symbolischen Entwicklung. 1810. 1815. Th. 2. p. 262. sqq.

Kaiser: Grundriss eines Systems der neutestamentlichen Hermeneutik. Erlangen. 1817.

doctrinae ecclesiasticae contrario interpres exponat. Catholicorum ecclesia, quae veritate gaudet aeterna, omnem doctrinam, veritati divinae contrariam, ut falsam, notat *), quum ea sit, quae de vero sensu et interpretatione scripturarum sacrarum judicet.

Nonne vero praeterea Protestantes quoque concordiae formulam, libros symbolicos interpretibus familiae lutheranae praescripserunt? **) Nonne ecclesia anglicana ad hoc usque temporis momentum publicas fidei normas statuendi, atque subditis officia imponendi jus sibi praesumit?

§. 23.

Deinde s. synodus decrevit, ne quis contra unanimem Patrum consensum scripturam sacram interpretari auderet. Decretum modo laudatum, quod in literis ss. interpretandis consensum Patrum sequi nos jubet, non de expositionibus eorum allegoricis, sed literalibus potius intelligendum est, ex quibus solis trahi

---

*) Quare Patres Concilii Lateran. Sess. VIII. consequenter decreverunt: „quum verum vero minime contradicat, omnem assertionem, veritati illuminatae fidei contrariam, omnino falsam definimus."

**) Cf. Carpzovius: Isagoge in libros symb. Lutheranorum. p. 3.

Buddaeus: pag. 474. sqq.

Clemm: Vollständ. Einl. in die Religion und gesammte Theol. Part. 4. 1762. cap. 4. Von der Verbindlichkeit der symbol. Bücher. p. 557. sq.

Brastberger: Ueber den Ursprung und Werth der symbol. Bücher. 1788.

potest argumentum. Constat enim, Patres ss. modo sensum literalem in operibus polemicis, in quibus contra ethnicos, haereticos et Judaeos dogmata stabilire necessum erat, modo allegoricum, quum litera saepe sterilis et infoecunda esse videretur, pro temporum varietate secutos esse. *) Quae quum ita sint, tantum abest, ut eruditio eorum exegetica flocci pendatur, ut generatim magni habeatur, quum nemo aequus rerum aestimator negaverit, Patres ss. et ingenio et eruditione excelluisse. Verum cum Lud. Ant. Muratorio (de ingeniorum moderatione in negotio religionis libr. 3. cap. 16. pag. 612.) dicamus: „constanter affirmare licet,

---

*) „Cum toti in scopum divinarum scripturarum, id est, in aedificationem caritatis Dei et proximi intenti forent, nec tam studerent instruere intellectum, quam cor accendere: opus esse non existimabant grammaticalibus et criticis circa sensum literalem quaestionibus populum defatigare, sed credebant satis esse ea proponere, quae ad morum aedificationem faciebant, sensu literali aut penitus praetermisso, ubi clarus erat, aut nude proposito, ubi obscurus.“ Joan. Obstraët: de locis theol. Tom. III. diss. VI. §. 1. p. 381. Editionis insulis Flandorum. 1737.

„Die Wahrheiten des Evangeliums sind Wahrheit, und bleiben es unabhängig von der vergängl. Begründung derselben. Wir bedürfen einer Brücke, um über das Wasser zum Festland zu gelangen, die Beweise sind eine solche; sind wir aber nur einmal angelangt bei der Wahrheit, hat sie in uns sich eingewurzelt, so liegt an der Beschaffenheit der Beweise nicht so viel. Jede Zeit hat andere, wie auch mancherlei Brücken, fliegende und stehende, hölzerne und steinerne über die Flüsse führen. Origenes und andere retteten so das Ansehen der hl. Schrift, obschon die Art der Rettung nichts taugt.“

Möhler: die Einheit in der Kirche etc. o. c. pag. 317.

nullum vel de Deo divinisque legibus et decretis, vel de Christo ejusque adventu, operibus ac documentis e s. scriptura dictum produci posse, ad quod intelligendum, explicandum et propugnandum non pervenerunt ss. Patres."

Quo factum est, ut custodes sanae doctrinae, eamque ob causam omni laude et veneratione dignissimi ab omnibus omnium temporum christianis judicarentur: quinimo et nostris temporibus multi e Protestantium numero testimoniis Patrum in codice s. interpretando utuntur, eosque genuinae Christi doctrinae testes omni veneratione prosequuntur, v. g. Theremin, qui chrestomathias Patrum in manus juventutis studiosae traditas vult; Tholuk (Auslegung des Briefes Pauli an die Römer etc. Berlin 1824. Commentar zu dem Evangelio Johannis. Hamburg. 1827.) Hengstenberg (Christologie des alten Testaments und Commentar über die Messianischen Weissagungen der Propheten. Berlin. 1829). Heidenreich (Commentarius in priorem d. Pauli ad Corinthios epistolam. Marburgi. 1825).

Praeterea concilii trid. decretum interpretum laborem in paginis ss. perscrutandis minime reddit frustraneum: e contrario industriam ingeniique acumen exercere fas est. Multi sunt bibliorum ss. loci, ut Melch. Canus in locis theol. cap. 4. observat, in quibus ecclesia interpretum diligentiam desiderat, quum vetustis novitatem, obsoletis nitorem, dubiis fidem et obscuris lucem offundere possint. In quaestio-

nibus historicis, philosophicis, geographicis, ceterisque id genus aliter, ac senserunt Patres, disserendi, et, quod verum sit, inquirendi campus restat amplissimus, quum multa sane successu temporis detecta, et indefesso plurium saeculorum studio clariori in luce collocata sint, quae Patrum ss. aetate aut incognita, aut obscure tantum cognita erant. Valeat illud s. Vincentii Lirinensis: „Intelligitur te exponente clarius, quod ante obscurius credebatur, per te posteritas intellectum gratuletur, quod ante vetustas non intellectum venerabatur: eadem tamen, quae didicisti, doce, ut, cum dicas nove, non dicas nova.“ Commonitor. cap. 22.

Nonne catholico interpreti latissimus patet campus, in quo vires exercere possit? Neminem latere potest, Patres raro unanimiter consentire: eamque ob causam, si Patrum ss. sententiae de scripturae sensu inter se non conveniunt, interpres, quominus sensum sumat, qui ex aliis rationibus hermeneuticis ipsi melior videatur, minime impeditus est. Exemplo sit Augustinus contra Cresconium lib. 1. cap. 32. „Literas Cypriani non ut canonicas habeo, sed eas ex canonicis considero, et quod in eis divinarum scripturarum auctoritati congruit, cum laude ejus suscipio; quod autem non congruit, cum pace ejus respuo.“ — Veritas vario modo demonstrari potest. Si novos textuum difficilium interpretandorum modos invenire poteris, non est, cur eos ad ss. Patrum exemplum in medium proferre dubites. In genere novae s. scripturae

expositiones rejiciendae non sunt. Nove, non nova. Lud. Ant. Muratorius in hanc rem ait:*) „In profanae literaturae partibus, imo in ipsis scripturis interpretandis, ubicunque non agitur de salutari illa fidei et caritatis doctrina, nunquam ita premimur auctoritate et sanctitate, aut eruditione majorum, ut, si quid melius, verius aut saltem verosimilius ac probabilius nobis occurrat, proferre, atque etiam adoptare non liceat, dum scripturae veracitas dignitasque ubique intacta servetur.“ In rebus igitur, quarum traditionem non habemus, concordes etiam Patrum interpretationes tantam habent vim, quantam rationes, quibus sententiam suam probare conantur. „Ille tantum haereticus est, qui pertinaci animo dogma aliquod ab ecclesia receptum, a scripturis sacris, aut a traditione commendatum, contemnit, rejicit, negat; aut scripturae loca ad fidei et morum doctrinam spectantia contra mentem ecclesiae et consensum Patrum pervicaciter interpretatur. In reliquis (in rebus physicis, astrologicis, geographicis, chronologicis, in historiis profanis et hujusmodi argumentis) ipsos Patres quidem venerari, aut religiose et *κατὰ πόδα* sequi non cogimur: alioqui tot haberemus haereticos, aut saltem temerarios, quot habemus scripturarum interpretes.“ (Muratorius op. c. lib. I. c. 21. pag. 188.)

Omnes intellexisse putamus, quam latissimum

*) De ingeniorum moderatione in religionis negotio. Libr. I. c. 23. Lutetiae Parisiorum. 1714.

campum, in quo vires suas tentare possit, interpreti catholico patere, nec habere adversarios, cur contrarium nobis objiciant. *)

§. 24.

Quibus ita positis unusquisque facile videbit, praeter generalia hermeneutices praecepta peculiares etiam leges, ex quibus sacrarum scripturarum interpretatio petenda sit, si sana ratione uti velimus, esse agnoscendas, codicisque sacri interpretationem ab reliquorum antiquitatis librorum interpretatione differre.

Quid de iis dicamus, qui, qualibet norma directrice, omnique traditione et auctoritate repudiata, id quod ne veteres quidem Protestantes fecisse scimus, suae tantum prudentiae innixi, codicem sacrum generatim eodem modo, quo reliqua antiquitatis monumenta, interpretandum censeant? **) Revera saepe fit, ut, qui erigere volunt arborem, in alteram partem trahant. —

Hoc infausto interpretationis principio sta-

---

*) Cfr. Dr. Gratz: Der Apologet des Katholicismus etc. l. c. I. Heft.

**) V. Gelbricht: Comment. qua docetur, interpretationem librorum divin. ab interpretatione librorum humanorum nihil differre. Cizae. 1774.

Jo. Asboth: Comment. de interpretatione codicis sacri ad communia omnes libros interpretandi principia revocata. Götting. 1791.

Guil. Nic. Freudentheil: Comm. de codice s. more in reliquis antiquitatis libris solemni ingenue interpretando etc. Chemn. 1791.

Herder: Briefe über das Studium der Theol. Tom. I. aliorumque.

tuto latissimus opinandi patet campus. Ita enim tot sensus, quot capita in gravissimis etiam doctrinae christianae partibus habemus *): nulla enim unquam jam ab incunabulis ecclesiae ad haec usque tempora fuit secta christiana, quae falsa ac perversa sua dogmata, e sacra scriptura, privato spiritu perverse intellecta, nec non explicata, defendere non sit conata, verba divina ad opiniones quaslibet trahendo. „Ils (haeretiques) s' imaginent qu' ils n' ont pas besoin de se soûmettre à aucune loi, à aucune autorité, ni à aucune regle, pour découvrir le sens des passages obscurs de l' Ecriture sainte: une onction interieure, ou plûtôt une illusion réelle, leur suffit pour développer tout ce qu' il y a de plus embarrassé dans les Prophetes et dans l' Evangile.“ **)

Quam ob rem Werenfelsius suis ipsius bibliis inscripsit:

„Hic liber est, in quo sua quaerit dogmata quisque;
Invenit et pariter dogmata quisque sua.“ ***)

§. 25.

Quod reliquum est, caveamus ad unum omnes, ne fide sancta relicta Novatorum et Rationalistarum vestigiis letiferis insistamus. Sunt

*) Cfr. Ziel und Ende religiöser Controversen l. c. pag. 59. sqq. et p. 79. sqq.

**) Martianay, Religieux Benedictin de la Congregation de s. Maur: Traité methodique, ou maniere d' expliquer l' Ecriture. Paris. 1704. pag. 178.

***) Opuscula theol. philos. et philologica. Ed. III. Tom. II. p. 509. Lugduni Batavorum et Leovardiae. 1772.

ἐξηγηταὶ (ut cum Irenaeo advers. haer. praef. loquamur) κακοὶ τῶν καλῶς εἰρημένων, et (l. I. c. 3.) ἐφαρμόζειν βιαζόμενοι τὰ καλῶς εἰρημένα τοῖς κακοῖς ἐπινενοημένοις ὑπ' αὐτῶν. Perfidi fidem reliquerunt divinam, eamque ob causam a spiritu quoque vivificante, qui veritatem eos doceret coelestem, relicti sunt, unde factum est, ut a veritatis divinae traditae via aberrarent, et plurima, eaque divina negantes, in summas difficultates inciderent, quamvis rationem, lucem, libertatem et veritatem jactare solerent, omnibusque praesidiis doctrinae, linguarum cognitionis, archaeologiae et cetr. gauderent. De qua vero agendi ratione pater Asmus, omnia sua secum portans, dixit: „Sohn! man hat darum die Sache nicht, dass man davon reden kann, und davon redet. Worte sind nur Worte, und wo sie sogar leicht und behende dahin fahren, da sey auf deiner Hut; denn die Pferde, die den Wagen mit Gütern hinter sich haben, gehen langsamen Schrittes. Erwarte nichts von dem Treiben und den Treibern; und wo Geräusch auf den Gassen ist, da gehe fürbass. — Sie nehmen nun alles zu Hilfe, Gelehrsamkeit und Wohlredenheit, Alterthümer und Sprachgebrauch, Accommodation und babylonische Teufel, Volkssinn und Volksunsinn, um den offenbaren Verstand und die klaren Worte der heiligen Schrift unmündig, und aus Weiss Schwarz zu machen. Und Andere, die noch wohl lieber beim Weiss blieben, laufen mit, weil sie den Werth ihrer Sache nicht

kennen, und es ihnen an Kraft und Muth fehlt, den Verdacht der alten Einfalt und des Zurückbleibens auf sich zu laden. — Man tröstet sich mit der innern Grösse des Menschen, und gloriirt über das Hohe und Göttliche seines Verstandes und seiner Vernunft. Ja wohl ist der Mensch gross und göttlich, grade hier ist es, wo einem das Gloriiren vergeht, und die Thränen in die Augen treten, wenn man sieht, und gewahr wird, dass das Grosse und Göttliche wider seine Natur in uns gehemmt ist, und es sollte walten." *)

Multi sane e Protestantium inprimis familia eo progrediuntur, ut interpretatione sua non tam dogmata nova afferant, quam antiqua convellant, atque eliminent, quo fit, ut alius aliam doctrinam amplectantur, alius ab alio dissentiant, quo eorum societas dissolvatur necesse est. De abominanda eorum dissensione audiamus Harms, Archidiaconum Kiloniensem, ita loquentem: „Bei uns ist es bekanntlich dahin gekommen: einen andern Glauben hat die Universität, einen andern das Lehrerseminar, einen andern die Gelehrten-, einen andern die Bürgerschule; einen andern lehren die 30 bis 40 Privatinstitute, so dass es sich findet, wie es nicht anders seyn kann: die Eltern und Kinder, die Brüder und Schwestern, die Ehemänner und Ehefrauen, die Vornehmen und Ge-

*) Sämmtliche Werke des Wandsbecker Bothen. Hamburg. VII. Theil. pag. 151. 309.

ringen etc. stehen in ihrem Glauben wenigstens so weit von einander ab, als nur immer die verschiedenen Kirchen von einander abstehen, und sollen doch alle für evangelische Christen gehalten werden.“ Leitfaden in Vorbereit. der Confirmanden. Schleswig. 1820.

Tantum absit, ut supercilio elato in tot tamque varias partes, aeque periculosas ac perversas, discedamus, ut in necessariis unitatem, in dubiis libertatem, in omnibus caritatem obtineamus *), atque fidem ecclesiae nostrae catholicae, quae columna veritatis inter omnia dissidiorum jurgia manet, sequamur ejusque judicio stemus, atque disciplinam **), in Catholicorum tot saecula vigentem ecclesia, amplectamur, normamque agnoscamus directricem, qua certe efficitur, ut genuinum verumque literarum sacrarum sensum invenire valeamus. Haec est ancora, cui interpres adversus fluctuantem errorem in sacris paginis interpretandis innitatur.“ *Σφάλλεσθαι γὰρ ἀνάγκη μέγιστα τοὺς μεγίστοις ἐγχειροῦντας πράγμασιν, ἢν μὴ τὸν κανόνα τῆς ἀληθείας παρ' αὐτῆς λαβόντες ἔχωσι τῆς ἀληθείας· οἱ τοιοῦτοι δὲ, ἅτε ἀποπεσόντες τῆς ὀρθῆς τῆς ὁδοῦ, καὶ τοῖς πλείστοις τῶν κατὰ μέρος σφάλλονται· εἰκότως, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἀλη-*

*) Vid. S. Augustini ep. 54. al. 118. ad Januar. cap. 2.

**) II. Thess. 2, 14. I. Cor. 11, 2.
II. Tim. 1, 13. 14.
II. Tim. 2, 2.

θῶν καὶ ψευδῶν κριτήριον, συγγεγυμνασμένων ἀκριβῶς τὰ δέοντα αἱρεῖσθαι.“ *)

Vicentius Lirinensis, divino ecclesiae spiritu nutritus, rationem, quae interpretum dissensioni removendae, et certitudini maximae parandae par est, omnibus omnium temporum christianis observandam protulit:

„Magnopere curandum est, ut id teneamus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est; hoc est enim vere proprieque catholicum, quod ipsa vis nominis ratioque declarat, quae omnia fere universaliter comprehendit. Sed hoc ita demum fiet, si sequamur universitatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autem universitatem hoc modo, si hanc unam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur ecclesia; antiquitatem vero ita, si ab iis sensibus nullatenus recedamus, quos sanctos majores ac Patres nostros celebrasse manifestum est; consensionemque itidem, si in ipsa vetustate omnium vel certe paene omnium sacerdotum pariter ac magistrorum definitiones sententiasque sectemur.“ **)

„Ille est verus et germanus Catholicus, qui veritatem Dei, qui ecclesiam, qui Christi corpus diligit, qui divinae religioni, qui catholicae fidei nihil praeponit, non hominis cujuspiam authoritatem, non amorem, non ingenium, non

---

*) Clemens Alexandrinus. Lib. 7. Stromat. pag. 756. Ed. Paris.
**) Commonitorium. cap. 3.

eloquentiam, non philosophiam . . ., sed in fide fixus et stabilis permanens, quidquid universaliter antiquitus ecclesiam catholicam tenuisse cognoverit, id solum sibi tenendum credendumque decernit." Idem Vincentius Lirinensis in lib. advers. prof. novat. — Quae quum ita sint, Catholicorum in ss. scripturis pertractandis agendi ratio omnibus sane numeris apparet absoluta: omnes uno eodemque unitatis sensu et spiritu conjuncti constantem et universalem ecclesiae persuasionem liberi sequuntur.

„Es hat etwas ungemein Erhabenes, Begeisterndes und wahrhaft Göttliches, wie der Katholik die Schrift liest; er liest sie mit der Gesammtheit der Gläubigen, welchen er ohne Unterschied der Zeiten durch einen Geist verbunden ist: es ist, als wären sie allesammt in einem hl. Tempel vereint, wo derselbe Geist alle berührt und durchweht; wie wenn eine Seele Alle wären; wie wenn eine Familie denselben Liebesbrief des liebenden und geliebten Vaters läse. Alle sind da von denselben Gefühlen überströmt; aber je nachdem der Sinn des einen oder des andern Kindes tiefer geht, empfindet es lebendiger, kräftiger, umfassender: das ist der unanimis consensus des Conciliums von Trident, das Bild der Einheit bei aller Freiheit." Möhler: Einheit der Kirche etc. op. c. pag. 317.

§. 26.

Quis est, cui non perspicua sit divina illa virtus, quae ecclesiam penetrat, quis est, qui

verba Christi non intelligat: ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. (Matth. 28, 20.). Varia atque diversa interpretandi genera a religionis christianae institutione ad hoc usque temporis momentum inventa et in medium prolata sunt; nihilominus vero religio christiana in sinu ecclesiae fideli sarta tectaque conservata est, quum spiritus τῆς ἐκκλησίας κατὰ τὴν τῶν ἀποστόλων διαδοχήν omnes fideles doceret, et vita et fides ecclesiae universalis jam ab origine norma credendi directrix haberetur. Ecclesia Christi, tantum abest, ut principiis hermeneuticis, quae mutantur, contineatur, ut vita et fide universali nitatur et absolvatur. J. A. Moehlerus op. c. p. 320, quum de interpretatione allegorico-mystica veterum interpretum, praesertim Origenis disserit, hac in re judicat:

„Was sich aber aus dem Ganzen und für alle Zeiten merkwürdig ergibt, ist wohl dieses, was wir schon sagten: dass, wenn die Kirche auf die veränderlichen hermeneutischen Grundsätze gegründet wäre, sie gar nicht den Namen einer Kirche verdiente, und sich auch gar nicht gemeinsam und fest bestimmen liesse, was denn Christenthum sey; dass sie ihren Glauben mit der veränderlichen Hermeneutik stets verändern, und dass ein höheres Gesetz, ein tieferer Grund (fides ecclesiae et vita universalis) anerkannt werden müsse, von welchem das Christenthum getragen werde. Der Satz, der in der neuern Zeit so gepriesen ist, dass man die heiligen

Schriften der Christen auslegen müsse, wie jeden heidnischen Schriftsteller, enthält gar nichts neues; schon in der ältesten interpretirte man die heilige Schrift, wie damals den Homer und Hesiod und dergl. Durch die veränderte Art der Anwendung dieses Grundsatzes wird sich aber jetzt so wenig das Christenthum verändern lassen, als damals."

Christus est lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, cujus lumine illuminata ecclesia, per totum orbem diffusa, etiam ipsa lux mundi efficitur.

Es steht ein Bau nah' bei zweitausend Jahren,
Auf einen Felsen wunderbar gegründet,
Da sind die Pfeilermassen fest verbündet,
Die Wölbung tragen heil'ge Engelschaaren.

Das Licht siehst du sich drinnen offenbaren,
Von Geisterharfen wird die Ruh' verkündet,
Nahst du, von heil'ger Andachtsglut entzündet,
Wenn auch umdräut von tausenden Gefahren.

In Deutschland nicht, nicht an Italia's Wogen,
In Asia nicht siehst du den stolzen Bau;
Doch gehst du unter seines Daches Bogen,

So lang du wandelst unter'm Himmelsblau:
Und hast du einst die Pilgerbahn durchzogen,
Triffst du auch dort ihn in der Strahlenau.

In Mitte jener altergrauen Hallen
Ergiesst ein starker Strom die klaren Wellen,
Die Lichtesstrahlen wunderbar erhellen,
Und seit zweitausend Jahren ruhig wallen.

Er stillt den heissen Durst nach Wahrheit allen,
Er zeiget ewig hin auf seine Quellen,

Nichts kann des Laufes g'raden Gang entstellen,
Nicht eitlen Wünschen lauft er zu gefallen.

Zwar oft schon wollte man ihn abwärts leiten,
Er sollte nicht den heil'gen Bau durchfliessen,
Die eigne Wahrheit wollten sie verbreiten.

Doch ob hinein sie Schutt auf Schutt auch giessen,
Zu trüben diesen Spiegel aller Zeiten —
Nicht stören sie den alten hellen Riesen. *)

Dissertationi finem imponamus. Persuasum habemus, per totam commentationem magnopere nobis cavisse, ne ulla in re aequitatis leges laederemus, quum omni opera et cura, quae praecipiunt scientiae leges, defendere, ac pari ratione eo contendere conaremur, ut ecclesiae nostrae leges ab inimicorum invidia defenderemus. Semper hanc rationem secuti sumus, ut catholicam veritatem scientiis, quibus adversariorum tela amoverentur, muniendam esse arbitraremur, nec bene ecclesiae suae consulere eos, qui, nescio qua superstitione ducti, scientias removere conarentur. Juncta manu fides ac scientia incedant, et altera ab altera incrementa sua capiat, id quod sancta mater ecclesia intendit et cupit.

Id igitur, quod sacrae literae docent, in usu piissimo ac frequentissimo sequamur, operamque voluminum sacrorum studio assiduam demus, ut eorum medullis nutriti sapientiae atque

---

*) Kirchenzeitung für das katholische Deutschland, herausgegeben im Verein mit mehreren kath. Gelehrten von Jakob Sengler. 1830. 13. August. Nro. 26.

pietatis participes fiamus. „*Σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ θεῷ, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐστασο · ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας.*“ *)

כי־שפתי כהן ישמרו דעת ותורה יבקשו מפיהו כי מלאך יהוה צבאות הוא׃ (**

Pedem hic figentes, Deo ter optimo grates persolvimus debitas ac maximas.

Omnibus semper placuisse, res est
Plena fortunae, placuisse paucis,
Plena virtutis, placuisse nulli —
Plena doloris. (Balde.)

*) II. Tim. 2, 15, 16.
Cfr. etiam II. Tim. 3, 13 — 17.
II. Cor. 2, 17.
**) Malach. 2, 7.

THESES AB AUCTORE IN DISPUTATIONE*) PUBLICA DEFENSAE.

1. Revelatio humano generi necessaria.
2. Christus instituit ecclesiam.
3. Quae infallibilitate gaudet.
4. Ecclesia, a Christo fundata, visibilis.
5. Christus s. Petro partes primarias detulit.
6. Mannam nil aliud fuisse, nisi succum concretum (resinam) arborum quarundam, aut fruticum plantarumve, ab Israelitis collectum, ac proin nihil omnino miri hac in re intercessisse, prorsus nego.
7. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo . . . et proximum tuum sicut te ipsum — id quod supremum Theologiae moralis principium optime vocaveris.
8. Religio christiana, primis saeculis celerrime propagata, singulare divinae providentiae est argumentum.
9. Rationalismi perversitas in eo maxime manifestatur, quod omnem religionem positivam destruere conatur.
10. Biblicae societates, quae dicuntur, plus detrimenti, quam emolumenti afferunt.

*) Die VII. Augusti. MDCCCXXIX.

11. Maritus, e religione judaica ad veram fidem conversus, si uxor ejus hebraica, quamvis convenienter rogata, utrum fidem christianam amplecti, an ipsi sine contumelia Creatoris cohabitare velit, id facere renuerit, novum matrimonium inire potest.
12. Libri ss. veteris et novi Foederis intimo cohaerent nexu.
13. Authentia Evangelii s. Joannis temere in dubium vocatur.
14. Exstat in codice s. sensus mysticus.
15. Sacrae Scripturae interpretatio cum Traditione concordare debet.
16. Genus interpretandi psychologicum, quod dicitur, prorsus rejiciendum.
17. Idem quoque valet de illa morali-philosophica interpretatione.
18. Quaelibet interpretandi methodus, a Catholicorum norma aliena, citius aut serius ad irritum cadit.
19. Errant, qui Catholicorum *ἐξήγησιν* nil nisi *ἐπεξήγησιν* esse putant.
20. Versio syriaca, quae ܦܫܝܛܬܐ dicitur, ad libros ss. novi Foederis explicandos haud parum confert.
21. In Genesi 49, 10. lectio שִׁלֹה praeferenda ll. שִׁילֹה, שָׁלֹה et שִׁילוֹ.
22. Nomen שִׁלֹה vertendum: pacificus scil. vir (pacificator, *εἰρηνοποιός*) a r. שׁלה.
23. Hic שִׁלֹה est Jesus Christus praenuntiatus.
24. Vox יִקְהַת l. l. minus recte convertitur: „ex-

spectatio" — melius: „obedientia," ita ut vocabuli vis et origo ex arab. وقى repetantur.

25. Quae contra sensum literalem locorum Matth. 26, 26. 28. Marc. 14, 22. 24. Luc. 22, 19. 20. 1. Cor. 11, 24. 25. ex indole linguae syriacae nuperrime (a Thoma Hartwell Horne) objecta sunt, incassum recidunt.

QUAESTIONES INAUGURALES:

PROMOTORIS:

De utili eruditarum linguarum cultu.

PROMOVENDI:

De sacra Hebraeorum musica.

CONSPECTUS LIBRI.

pag.

Prooemium. Quaestio proposita determinatur.

TRACTATIO.

SECTIO PRIOR.

De diversis interpretandi literas ss. generibus. . . 5

§. I. Varia interpretationis genera enumerantur. . . 6

§. 2. Interpretationem historico-grammaticam in literis ss. interpretandis aeque, ac in reliquis antiquitatis libris admittendam esse sistitur . . . . . —

§. 3. Probationis axioma I. . . . . —

§. 4. Axioma II. 8

§. 5. Axioma III. 9

§. 6. De interpretatione in genere. 11

§. 7. De interpretatione biblica. 12

§. 8. Diversa interpretandi genera recensentur, et quidem genus mysticum, seu allegoricum. 14

§. 9. Genus interpretandi dogmaticum 23

§. 10. Genus pietisticum 31

§. 11. Genus psychologicum 34

§. 12. Genus morale-philosophicum 39

§. 13. Continuatio 45

§. 14. Conclusio 48

§. 15. Addenda. Transitio. 50

SECTIO POSTERIOR.

De legibus, ab interpretatione reliquorum antiquitatis librorum plane alienis, quae in ss. literis interpretandis specialiter observandae sunt. 55

§. 16. Generalia hermeneutices praecepta non excludunt leges peculiares . . . . . —

§. 17. Analogia fidei. Explanatio hujus subsidii exegetici. 56

§. 18. et 19. Interpretatio scripturae s. ad analogiam fidei publicae ac perpetuae est instituenda 59

§. 20. Magisterium ecclesiae 66

§. 21. Interpretem, ecclesiae catholicae addictum, interpretatione sua doctrinas ecclesiae subvertere non licet . 74

§. 22. Decretum concilii Tridentini Sess. IV. examinatur. 75

§. 23. Continuatio 77

§. 24. Conclusio 82

§. 25. Addenda 83

§. 26. Epilogus 88

Theses ab auctore in disputatione publica defensae. 93

Vorlesungen herausgegeben von einem seiner ehemaligen Zuhörer. gr. 8. 1 Thlr. 4 gr. od. 2 fl.

Derselbe, Aphorismen aus der Homiletik. Nach seinen Vorlesungen herausgegeben. gr. 8. 4 gr. oder 15 kr.

Horae Diurnae Breviarii Romani ex Decreto Ss. Concilii Tridentini restituti S. Pii V. Pontif. Maximi Jussu editi Clementis VIII. et Urb. VIII. Auctoritate recogniti, cum Officiis Sanctorum per Summos Pontificis novissime concessis. Cum expressa Licentia, et Adprobatione Ordinarii Augustani. 18. maj. 16 gr. oder 1 fl. 12 kr.

Missale Romanum ex Decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum S. Pii V. Pontif. Maximi jussu editum, Clementis VIII. et Urbani VIII. auctoritate recognitum; in quo Missae novissimae Sanctorum accurate sunt dispositae. Cum expressa licentia et adprobatione Ordinarii Augustani. fol. 5 Thlr. od. 9 fl.

Missae defunctorum, juxta usum Ecclesiae Romanae cum Ordine et Canone extensae. fol. 12 gr. oder 48 kr.

Nack, P. Karl, Auszug aus dem kathol. Gebetbuche. Mit großen Lettern. 8te Aufl. 8. 7 gr. od. 30 kr.

Nelk, Theophil., Schatzkästlein. Schönen Seelen zur Erbauung. 8. 6 gr. od. 24 kr.

Nikl, Alois, Wahrheit im Gewande der Dichtung. 8. 12 gr. oder 54 kr.

Officium Hebdomadae Sanctae secundum Missale et Breviarium Romanum Pii V. Pontif. Max. jussu editum, Clementis VIII. et Urbani VIII. auctoritate recognitum. 8. 16 gr. oder 1 fl. 12 kr.

Rebau, H., Parabeln oder Gleichnisse. Zur Bildung des jugendlichen Geistes und Herzens für das Höhere in der Natur und im Leben. 8. 8 gr. od. 36 kr.

Werke, sämmtliche, der Kirchenväter. Aus dem Urtexte in das Teutsche übersetzt. Mit einer Vorrede von dem Hochwürdigsten Herrn Herrn Gregor Thomas Ziegler, Bischofe von Linz. 2te Aufl. Mit Genehmigung des Hochwürdigsten Erzbischöflichen Ordinariates München-Freising. gr. 8. Preis des Bandes. 20 gr. od. 1 fl. 30 kr.

Inhalt der bisher erschienenen 5 Bände: I. Bd. Briefe des heiligen Clemens Romanus — Briefe des heiligen Ignatius — Brief an Diognetus — Justinus, Martyrer — Briefe des heiligen Polykarpus — Gespräch des heiligen Martyrers und Philosophen Justinus mit dem Juden Trypho. — II. Bd. Rede des Philosophen und Martyrers Justinus an die Griechen — Tatians Rede an die Griechen — Bittschrift des athenensischen, christlichen Philosophen Athenagoras für die Christen — Schrift des Athenagoras von der Auferstehung der Todten — Drei Bücher des heiligen Theophilus an Autolykus. — III. u. IV. Bd. Schriften des hl. Irenäus, Bischofs und Martyrers zu Lyon, gegen die Ketzereien. — V. Bd. des heiligen Cäcilius Thascius Cyprianus, Bischofs zu Karthago und Martyrers, sämmtliche ächte Werke.

Westenrieder, Lor. v., sämmtliche Werke. Erste vollständige Original-Ausgabe. Herausgegeben von Dr. Ernst Große. Prachtausgabe in gr. 8. 1 u. 2r. Bd. à 1 Thlr. 8 gr. od. 2 fl. 24 kr.

Dieselben in Taschenformat 1 — 8tes Bändchen. à 8 gr. od. 30 kr.

Inhalt: I. Bd. Schriften über bildende Kunst. — II., III. u. VII. Bd. Geschichte des dreißigjährigen Krieges. — IV., V. u. VI. Bd. Leben des guten Jünglings Engelhof — Schriften über das Theater. — VIII. Bd. Geschichte der schönen Bürgerstochter von München — Henriette Foley.

BS
476

Deacidified using the Bookkeeper proces
Neutralizing agent: Magnesium Oxide
Treatment Date: May 2005

PreservationTechnologie
A WORLD LEADER IN PAPER PRESERVATI
111 Thomson Park Drive
Cranberry Township, PA 16066
(724) 779-2111

LIBRARY OF CONGRESS
0 014 240 466 7